6
8-b
19

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
6
6 A
9

Ex Bibliotheca
ajori Coll. Rom.
Societ. Jesu

13 13
1 f

6–8–6–19

VI.8.6.19

AVGVSTI NI

Eutychi Niphi medi
ces philoſophi ſueſſani
Epitomata rethorica
ludicra ad Galthaſa
rū turinum pōtificium
datariuȝ integerrimū.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

¶ Fráciſcus palmerius Romãus. ad Balt. Datarium ponti. & Niphum phil. præceptorem.

Iure tibi Niphus pellei munera Regis.
Dedicat: æthruſcæ nobilitatis honos.
Hæredem haut alium ſcripſiſſet muneris huius.
Legaſſet patrias & tibi magnus opes.
Per uos optatæ redeunt ad limina uitæ.
Magnus Alexáder: Diuus Ariſtoteles.

Augustini Eutychi niphi medices phy
loſophi ſueſſani Epitomata rethorica lu⸗
dicra ad Balthaſ. Turinum pontificium
datarium integerrimum.

Non erat admodũ mihi
difficile baltha
ſar integerrime: tibi perſuade
re: ut grato animo rethorica
noſtra ludicra accipias tua benignitate ac
facilitate inſpecta: præſertim ad hoc acce
dente rethoricæ excellentia: atq; præſtan
tia. Quam Ariſto. munus rege dignũ arbi
tratus eſt: aſſerens regibus longe magis
orationis q̃ ueſtiũ decorẽ idoneũ eſſe. Si
quidẽ (ut inquit) longe pulchrius ac rega⸗
le magis: ornatum q̃ cultum intueri. Ab⸗
ſurdum enim eſt eũ: qui rerũ geſtarũ glo⸗
ria cæteris antecellat quibuſbiam humilli
mũ uideri: & in dicendo cædere. Præterea
ſi ad eloquẽtiæ inuentores oculos uolueri
mus: qui (ut ait cicero) in ſicilia primi flo⸗
ruerunt corax & cteſias ſyracuſam: qui ſi⸗

mul & phœmiorũ: & epilogoꝝ, & argumẽ
tationũ (q̃s græci agones uocãt) reptores
fuere: ſũmis laudib⁹: ſũmiſq; honorib⁹ ho
neſtatos eſſe inuenimus: quam (cũ poſtea
athenas horgias leõtin⁹ detulerit) ab athe
nienſib⁹ magna iucunditate: magnoq; ap-
plauſu exceptus eſt: & octo dies feſtũ cele
bratũ: ut oẽs horgiã cũ Socrate de retho-
rica differentẽ audire poſſent. Proinde ſi
eos aĩaduerterim⁹ q abſq; rõne: & oĩone
qcquã faciũt: liqdo erit ipſos tãq̃ atroces
& ĩmanes ab oĩb⁹ odio haberi. Contra ue
ro: q & rõne: ac oĩone utunt̃: & ea duce cũ
cta agere pgũt: ſũmis laudib⁹: pinde atq;
honeſti: & fortes: fuiſſe celebratos. Nec
ab re qdẽ: nã hoc unũ eſt: quo cæteris aĩali
b⁹ præſtamus: ſi qdẽ & cupiditate & ira &
aliis hmõi affectionib⁹: reliq̃ ẽt quæq; aĩa
lia utunt̃: oĩone aũt hõ dũtaxat. V nde ab
ſurdũ pfecto maxĩe oĩum uidebit̃: ſi qua
una re beſtiis antecellim⁹: eã quoq; bñui-
uendi ducẽ præ negligẽtia relinquamus.

Quá ob ré. M. Tulli⁹ ac mihi qdé uidenť hoíes cũ multis reb⁹ hũiliores & infirmio res ſint: hac re beſtiis præſtare: q̄ loq poſ ſint. Quare p̄clarũ mihi qdé uideť adept⁹ is: q q̄ re hoies beſtiis præſtát ea in re hoí bus ip̄is antecellat. Q̄d ſi eloquétiæ emo luméta atq; opa aíaduerterimus: quæ pri ſcis ſæculis ab ea p̄fecta ſút: & ampliſſima & p̄ſtantiſſima cóperiem⁹: hac.n. hoíes q in agris paſſim beſtiarũ more diſp̄ſi uaga banť: & ſibi uictu ferino uitá p̄pagabant: tectiſq; ſylueſtrib⁹ abditi ↄdebanť: ad unũ locũ cópulſi ↄgregati ſunt: & ex beluis ho mines: & ex agreſtib⁹ ciues: & ex imanib⁹ mites: & ex ídomitis máſueti facti ſunt: ſi qdé ap̄d eos nódũ diuinæ religióis: nó hu mani officii ró colebať. Nemo legitimas uiderat nuptias: nó certos qſq̄ inſpexerat liberos: ſed nó ad priſcos ſolũ: ſed ad eos ét: q nũc ſunt: méte intédam⁹. Cũ.n. apud æthiopes nulla ſit eloquentia: nulla p̄rſus uiuédi ró cernit: químo ne ſemiferos tm̄

eos eẽ dixerĩ:ſed oĩ quoq; ex pte belluas atq; bruta.& ne lõge exẽpla petamus:ruſtici:qui eloquẽtiæ pœnitus exptes ſunt: parũ admodũ: aut nihil belluis præſtare uñr.qd ruſticos: aut æthiopas in medium afferrimus:quũ : q luce rõnis anteire cæteros credunt : ut philoſophi nrĩ æui: cũ ſcribũt:aut pfitẽt:aut loquunt (adſit honos uero)dracões & urſi mugire uideant. adeoq; terras mari cõfundũt:ut nõ ſit facile exordiũ a narratõe diſcernere.pterea legũ interptes:q hodie oratores habent: primũ(uenia ab eis ĩpetrata)dicãt quæſo: quo nã iure oratores dici mereant? ſi qdẽ oratoriæ iura pœnitus ignorauerint.uidemus.n.eos:dũ rñdent: pfiteri ſe argumẽtari:cõtra uero dũ argumẽtant : rñdere. Adhæc ſi quærere neſciũt:qũo decreta afferent.ſi leges ferre ignorauerit qua ð cã iurecõſulti dici deſiderãt? qui.n.priſcis ſæculis iureconſultus dicebat:nõ minus eloquẽtiã q̃ moralẽ philoſophiã pcallebat.

Pitheus leges rephendés nó minus uere q̃ parabolisce dicere ſolebat:leges legibꝰ egere:q̃ ipſas corrigát:ueluti & piſces ſa le:ná licet in mari enutriantᷣ:ubi ſal oritᷣ. ſale tñ opus é.ueluti ét oliuaceis opus eſt oleo:q̃uis nó credibile ſit ea oleo egere. ſi ergo lex eget lege:quo ná pacto legum íterp̃tes:q hodie oratores appellari cupi‑ unt legé ferre poterũt:q̃ lex corrigatᷣ:dic q̃ſo q̃ arte id faciét:an temere.& ſi ad prí cipé refugiét:qua arte í cóſulédo de legũ latióe utentᷣ?quá ob ré nó imperite Al‑ cydamas rhetoricá : quæ cũ philoſophia cóiuncta eſt:legũ uallũ atq; foſſam appel lat.q̃ hæc ſcla ſit legũ ueriſſima múitio. oratores uero qui hodie ſunt : nutricibus cóparo quæ deglutiétes cibũ: ſaliua pue‑ ros inungũt:ſic hi uerba dátes: nũmos ex tirpát.Q̃d ſi eloquétiæ ꝓfeſſores cóſide rare uoluerimus:qs cyneá nó admirabitᷣ: qué & pyrrhus epirotaꝶ rex magno í ho‑ nore habuit:& eo oratore ad cóplures ci

uitates uſus eſt:q eas adeo in pyrrhi uolũ
taté pellexit:ut uerã euripidis ſniam eſſe
oñdcret:oĩa ↄficit oĩo:quæ ét hoſtile fer
rũ efficeř neqret.at qui pyrrhus dicere ſo
lebat plures a cynea orone urbes q̃ a ſe
armis expugnatas eẽ.qs carneadé acade-
micũ:diogené ſtoicũ:critolauũ peripati-
teticũ legatos ad romãos nó multifaciet:
q ſingulari ſeorſum in ſenatu locuti:uaria
dicédi figura uſi ſunt:nã carneades: uiolé
ta:diogenes:ſcita:critolaus: modeſta. qs
ét nó ceciliũ admirabit':q cũ atheniéſib9
legatis rñdiſſet: cuiuſq3 eorum dicédi for
mã expreſſit.nó mó doctrina & eloquen
tia:ſed uultu ac corporis geſtu.qs ét nõ
gneũ pompiliũ.qs non xenocraté.qs.M.
Tulliũ decus latii:atq3 ęloquétię indefi-
cienté fonté nó abunde laudauerit.acce-
dit ad hæc ꝙ geſtoꝝ plæraq3 fortunã hñt
pmiſtã:dictoꝝ uero & eloquétię nos ſu-
mus dñi.unde ſirames perſa qbuidã admi-
rãtibus: ꝙ ſapiétibus ipſius uerbis facta

nõ rñderẽt:uerbo℞ ingt ipſe qdẽ ſum do minus:facto℞ aũt ſimul cũ rege fortuna. Sed uereor ne de eloquẽtiæ laudibus plu ra q̃ oportuerit:dixerim: pſertim quæ cũ oĩbus in promptu plane pateãt pbatiõe nõ indigẽt. quã obrẽ hæc oĩa miſſa faciẽs ad rhetorica nr̃a ludicra redeo: ubi te nõ ignorare ueli Ariſtõ. duo de arte rhetori ces uolumina abſoluiſſe:alterũ breue: qđ incipit:tria ſunt gña ciuiliũ cãrũ. alterum magnũ in tres lib. diſſectũ qđ incipit:rhe torica cũ dialectica cõuertit̃. breue qdẽ: nõ ad Alexãdrũ: ut Frãciſcus Philelphus & græce & latinæ doctiſſimus autumat:in ſcriptũ eſt:ſed ad theodeſtem: ut ipemet Ariſt. iii. li. magni uoluminis demõſtrat: q eo capite:ubi de pẽdẽte orõne loquit̃: ingt circuituũ uero prĩcipia in theodeſti cĩs enumerata fere ſunt:& p principia cir cuitæ:ũt expoſuit:cõtentionẽ cõparẽ: & ſilr̃ cadẽtia intelligit. cõſtat aũt eũ de his abunde eẽ locutũ in paruis rhetoricis:q̃

ipſe theodeſtica appellat: ecce qũo ipſe
pua illa theodeſtica appellauit. magnum
uero uolumẽ nõ de theodeſtẽ (ut Georgi
ũs trapezuncius de rhetorica & philoſo-
phia bñmeritiſſim⁹ autumat:) ſed ad Ale
xandrũ inſcriptũ eẽ cõſentaneũ eſt: ut ex
ipſa pfatiõe illico cognoſcit: quæ longæ
maior uĩ q̃ paruũ illud uolumẽ efflagita-
ret. qa ergo magnũ illd̃ uolumẽ uniuerſã
dicẽdi artẽ cõplectit: nihilq3: ut arbitror
ex neceſſariis ad artẽ dereliqt: illud dũta-
xat ſecuti ſumus: moneoq3 oẽs: q pfecte ar
tẽ callere cupiũt: non paruũ illud: ſed hoc
magnũ ſequant. Verũ qm̃ in eo labor eſt
extricabilis (rethoricã. n. cũ dialectica cõ
iũxit) nos id oẽ: qd̃ oratoribus neceſſariũ
putauimus: ad epitoma reduximus (id oẽ
uero qd̃ dialectici munus efflagitat omiſi
mus.) Enũciata qdẽ ex uerbis Ariſt. q̃ſi ſe
mina colligẽtes: comentaria uero ex his:
quæ nobis uiſa ſunt: p legẽtiũ cõmodo ex
nr̃o agello adiecimus. Nec pfecto teme-

re hæc fecimus:primo quidẽ nc tibi occu-
patiſſimo ĩpedimẽti ꝗcquã eẽnt allatura.
Deĩde qm̃ ꝗcq̄d præcipies:eſto breuis : ut
horati⁹ inq̄t. Pro illis ueroꝗ hæc ex fonte
haurire:& rethoricã dialecticæ miſtã ebi-
bere deſiderãt:ſeorſum in oĩbus libris cõ-
mẽtaria ꝯficimus:ubi quo ad fieri põt: ſin
gula Ariſt.uerba interꝑtant̃:quæ cõpleta
& reuiſa.Cito edemus: ſperantes fortaſſe
iuuenes uiroſq; ingenuos.aut inuidia cõ-
pulſos:aut æmulatione ſuaſos:aut imita-
tiõe inſtigatos:aut ingenuitate ꝓpẽſos.
Ad bõas artes allicere cogereq;.Fuit aũt
mihi opus iſtud laborioſiſſimũ: difficilli
mũq;:q̃nq̄dẽ nullũ inueni expoſitorẽ:niſi
ægidiũ romanũ uirũ alioq̄n doctiſſimũ:q
licet ob malas trãſlatiões:quas hẽbat: in
cõpluſculis locis ceſpitauerit:iter tñ no-
bis aperuit:digitũq; adeo ĩtẽdit:ut onus
aggredi auderemus.ob ꝙ eĩ nõ ꝑuas hẽ-
mus grãs.latuit aũt liber iſte oratores fe
re oẽs:cuius rei ſignũ ex eo collegi:ꝙ nul

lus huius libri fere pilũ meminerit:q̄ nó aliá ob cám eé arbitror:niſi qa Ariſtote. ubiq; eſt Ariſto.& qui nó rethoribus tm̃ ſed & philoſophis quoq; admodũ paucis ut ciceronianis utar uerbis:eſt notus:ſed ad te redeo balthaſ.magnanime & rogo ut munuſculũ hoc meũ grato aío accipi- as.ná licet puũ ſit(qd.n.inter ut oratorũ uolumina hoc tantillũ)promptá tñ eius: qui largit̃ uolũtaté cóſidera. Artaxerxes ení pſarũ rex nó minus regiũ & humanũ exiſtimás parua libenter própteq; accipe q̄ magna tribuere:cũ ſibi in uia ob equitá ti pauper quidá & oparius hó nihil aliud hñs:ambabus aquá manibus e pximo flu mine hauſtá obtuliſſet:iocũde & ſuſcipit: & arriſit : non rei quæ donabatur:utilita- te:ſed própta eius:qui largiebatur uolũn tate gratiam meritus. Vale.

Index librorum.

Liber primus de oratione.
Liber.ii.de pſuaſione uerſiũ artificiali: &, inartifi.
Liber.iii.de pſua.morata affecta: & accõmodata.

Index eorum: quæ continentur in libro prim

De orationis diffinitione. Enunciato.i.char.1.
De elocutione. Enunciato.ii.char.2.
De elocutione mediocri. Enuncia.ii.char.3.
De elocutione dilucida. Enuncia.iii.char.3.
De elocutione frigida. Enuncia.iiii.char.6
De metaphoris. Enuncia. v.char.8.
De imaginibus & ſimilitudinibus.Enun.vi. ch.10.
De metaphoris imaginibus & ſimilitudinibꝰ. Enũciato.vii.&.viii.char.12.&.16.
De elocutione congrua. Enuncia.ix.char.18.
De elocutione ampla & breui. Enun.x.char.21.
De decoro. Enunci.xi. cha.22.
De numero. Enunci.xii. char.25.
De elocutio.pendẽte & cõuoluta. Enũ.xiii.c.27.
De elocutione urbana. Enuncia.xvi.char.31.
De elocutionis differẽtiis. Enuncia.xvii.ch.32.
De orationis partibus. Enunci.xix.char.37.
De exordio. Enuncia.xx.cha.39.
De locis ad diſſoluẽdũ calũniã.Enun.xxii.ch.44.
De narratione. Enuncia.xxiii.ch.46.
De confirmatione. Enuncia.xxiiii.ch.50.
De refutatione. Enuncia.xxvi.ch.54.
De occaſione interrogãdi. Enuncia.xxvii.ch.55.

De peroratione. Enuncia.xxix.ch.58.

Iudex eorum que continentur libro ſecundo.

De exemplario. Enunciato.i.char.59.
De enthymemate. Enuncia.ii.cha.63.
De ſententia. Enuncia.iii.cha.63.
De uſu pſuaſionũ uериſimiliũ. Enuncia.iiii.ch.67.
De locis ipſius poſſibilis. Enunci.v.char.68.
De locis facti. Enunci.vi.char.72.
De locis futuri. Enunci.vii.char.73.
De locis enthy.in deliberatiõib⁹.Enũ.viii.ch.73.
De locis enthy:in demõſtrationib⁹. Enũ.ix.c.76.
De locis enthy.in iudicialib⁹. Enunc.x. ch.77.
De generibus dicendi. Enun.xi.char.79.
De his de quibus conſultant. Enunc.xii.char.84.
De opibus. Enuncia.xiii.ch.84.
De bello & pace. Enuncia.xiiii.char.85.
De regiõis cuſtodia. Enun.xv.char.85.
De uectigalibus. Enun.xvi.char.85.
De legumlatione. Enun.xvii.char.85.
De fœlicita.& fine deliberã. Enũ.xviii.char:89.
De bono utili:& ſimplr bono. Enũ.xix.char.95.
De bono utili:& de locis eius. Enũ.xx.char.96.
De maiore ac minore bono. Enun.xxi.char.98.
De electis ad cõſultãdũ i pricipa. En.xxii.ch.99.
De honeſto ac laudabili:quæ ad demõſtratiuũ ge-
nus ptinẽt:& de hoꝝ locis. Enũ.xxiii.cha.104.
De hõeſto ac laudabili q̃ ad gen⁹demõſtratiuũ pti
nẽt:& de locis eoꝝ & d̃ ꝓpiqs his. En.xxv.c.110.
De honeſto ac laudabili:quæ ad genus demonſtra

tiuum pertinent:& de horum locis:& amplifica tione. Enuncia.xxvi.char.111.
De accuſatione & defenſione & de diffinitione iniuriȩ. Enuncia. xxvii.char. 113.
De iniuriarum cauſis. Enuncia.xxviii.char.113.
De iocundis. Enuncia.xxix:char.115.
Quomõ ſe habẽtes iniuriant̃. Enunc.xxx.ch.119.
De his:qui iniurias patiunt̃. Enunc.xxx.ch.121.
De iniuriis ureq; factis. Enuncia.xxxii.ch.123.
De bono & æquo. Enun.xxxiii.cha.125.
De maiore ac minore iniuria. Enun.xxxvii.c.129
De inartificiali pſua.& de legibꝰ.Enũ.xxxv.c.130
De teſtibus. Enuncia. xxxvi.ch. 131.
De pactis. Enunc.xxxvii. ch.132.
De queſtionibus. Enuncia.xxxviii.ch.133.
De iureiurando. Enunc.xxxix.ch.133.

Index eorum quæ continentur libro tertio.

De morata perſuaſione deq; arte oſtendendi ſe moratum. Enunciato.i.char. 135.
De pſuaſiõe affecta:de ira deq; arte ꝓuocandi ad iram. Enunciato.ii.char.136.
De manſuetudine deq; arte ſedãdi animos iratos. Enunciato.iii.char.140.
De amicicia & amore atq; contrariis de arte conciliandi inimicos. Enunciato.iiii.char.142.
De timore:de arte inducendi potentes in timorẽ. Ennnciato.v.char.146.
De audatia ac fiducia:de arte inducendi fiduciã & audaciã in timentibus. Enuncia.vi.char.148.
De uerecũ.& inuerecũ.de arte inducendi impudẽ

tes ad uerecūdiā. Enuncia.vii.char.149.
De gratia de arte inducendi potentes ad gratiam Enunciato.viii.char.153.
De miſericordia ac cōmiſeratione deq; arte inducendi diros ad miſericordiā ac commiſerationē. Enunciat.ix.char.155.
De arte inducēdi potētes ad indignationē & auſerēdi ab eis miſericordiā. Enun.x.char.157.
De inuidia de arte inducēdi auditores ad inuidiā. Enunciato.xi.char.160.
De æmulatiōe: de arte inducendi ad æmulationē. Enuncia.xii.char.162.
De accōmodata pſuaſione & de arte perſuadendi iuuenibus. Enunnciat.xiii.char.164.
De arte pſuadendi ſenibus. Enun.xiiii. char.166.
De arte pſuadendi uiris. Enuncia.xx.cha.168
De arte pſuadēdi nobilibus. Enun.xxi.cha.168.
De arte pſuadēdi diuitibus. Enun.xxii.cha.169.
De arte pſuadēdi potētibus. Enū.xxiii.cha.170.
De ratione inueniēdi generis cuiuſlibet materiæ. Enunciato.xxv.char.171.
De orōne philoſophica. Enun.xxvi.cha.173.
De oratione dialectica. Enun.eo.char.174.
De ſophiſtica oratione: & de dilematica. Enuncia.eo.char.175.

Finis tabule.

De oratione

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

Enunciatum .I.

RHetorica oratio ē ſermo in quo ex neceſſariis: atq; ad perſuadēdum utilibus omittitur nihil.

¶ His igitũ enarratis ad remp̱ ficiſcamur: & primo quid oratio rhetorica ſit exponamus: deinde ad eius partes accidentiaq; deueniemus. Animaduerſione igitur dignum primo q̄ licet orationum alia rhetorica. alia analytica ſit: nunc tamen non de analytica ſed de rhetorica agimus. de analytica enim in dialecticis ludicris. Præterea licet apud græcos logos de oratione & ſermone dicatur: ſermo tamen fuſior ē ipſa rhetorica oratione. ſiquidem ſermo & poeticā & philoſophicā & rhetoricam orationē cōtinet at rhetorica oratio ſermonis: atq; ipſius logi ſpēs eſt hæc de nomine rhetoricæ orationis deq; eius gn̄e. Et de eius diffinitionis differētiis tranſigamus: ſunt igitur ea que Ariſtoteles ad perſuadendum neceſſaria appellat ipſa uteriſimilia per que orator pſuadet. at ueriſimilia demonſtratiua: atq; probabilia differunt demonſtratiua propōnes ipſe ſunt q̄ ſunt & uere & neceſſariæ: quibus ſciæ ipſe utuntur: ut mathematicæ: & naturalis philoſophia. probabilia uero propōnes ſunt non ſimpliciter ueræ aut neceſſariæ ſed ſecundū opinionem ut unam eē aīam in uno corpore & non plures plantas carere tactu & id genus quæ an neceſſariæ an tātum ueræ ſint

dubitant:ſed ſm̄ Ariſto. & Platonis opinionē ue-
rę ſunt:atq; neceſſariç. At ueriſimilia ſunt ea:q
bus utitur rhetor:propoſitiones enim rhetoricç:
nec ſecundum rem:nec ſecūdum opinionem uerę
ſunt:ſed qm̄ ſunt de actionibus ipſis:ueriſimiles eē
uidentur.hæc enim propoſitio petens munitiōes
tyrānizabit:nec dicitur uera uel neceſſaria:nec ſe-
cundum opinionē dicitur probabilis:ſed eſt ueriſi
milis:ueriſimile enim eē uidetur:ut ſi quis munitio
nes petat:ſe tyrannum facere intendat:hæc igitur
ueriſimilia apud rhetorem neceſſaria dicūtur: nā
ita ſe habent apud eum:ueluti apud ſcientem uera
& neceſſaria utilia uero ad perſuadendum Ariſto
te.ea eſſe aſſerit:quæ preter rem perſuadent:uelu
ti ex parte dicentis auctoritas atq; eius uirtus:non
enim ad perſuadendum:ut dicemus uirtus dicentis
atq; auctoritas parui momenti eſt:ex parte autem
audiētis eſt eius perturbatio:atq; commotio: ſiue
affectus.cōmotiōe.n.atq; affectu auditor quodā
modo inebriatus: cū (non poſſit obtenebratione
affectus uera diſcernere)ea cōcedit:his aſſentit:q
audit. Quare apud rhetorem quæ ex pte rei per-
ſuadent.ueriſimilia dicūtur.ac ipſi neceſſaria.quę
perſuadent preter rem:ut dicētis uirtus atq; aucto
ritas:& auditoris perturbatio:utilia ad perſuaden-
dum Ariſt.appellat.cum ergo in definitione:(ex
neceſſariis)diximus ea:quæ in oratione poſita ſe
cundum rem perſuadēt:intelleximus. Cum uero
aut ex utilibus adiecimus:ea iudicauimus:quæ in
oratione poſita preter rem perſuadent.non enim
perfecta oratio erit:ſi aut ueriſimilia:aut lenocinia

decernit: diximus etiã in definitiõe ad perſuaden-dũ:qppe cum oratoris finis non ſit pſuadere:quē-admodũ neq; medici finis ſit ſanare:ut Ariſt.inqt Sed quēadmodũ finis medici eſt nihil ptermittere de neceſſariis:deq; utilibus ad ſanãdũ:ſic finis oratoris eſt nihil ptermittere de neceſſariis atq; utilib⁹ ad pſuadēdũ,uñ ueluti pfectus medicus eſt:qui de neceſſariis atq; utilib⁹ ad ſanandũ ptermittit nihil: ita orator profectus eē põt:licet nõ pſuadeat: modo de neceſſariis:atq; utilib⁹ ad pſuadendũ pretermittat nihil. Eſt igit̃ rhetorica oro.in qua ab oratore:nec de neceſſariis:hoc eſt de uериſimilibus: nec de utilibus:q̃ ſunt preter rē ad perſuadendum qcq̃ pretermittit̃. hactenus de diffinitiõe rhetoricę orationis.in orone aũt duo ſunt.q̃ ab oratorib⁹ conſiderant̃:elocutio:& ſtructura. Elocutionis uero q̃litates ſunt mediocritas:dilucīditas:frigiditas:metaphora:imago:latinitas:ſiue cõgruitas: amplitudo uel extēuatio decorũ nũer⁹ pēdētia atq; cõuolutio urbanitas.elocutiõis dñe accidētales qdē ſunt agoniſticũ:ſiue cõcertatiuũ:&hiſtoricũ.eētiales uero ſunt deliberatiuũ dmõſtratiuũ:& iudiciale ſtructurę aũt orõis p ſe ptes ſunt ppo:& fides:neceſſarię ſaltē p accñs:ſūt exordiũ:& poro:ptes:q̃ in fidē recidũt:ſunt collatio & replicatio.p hęc.n.oro ipſa uniuerſa hr̃:iõ de his p ordinē dicēdũ ē:& prio quidē de elocutione:ſecundo de ſtructura in elocutione uero.primo de mediocri ſermo erit.

Enunciatum .II.

Elocutionis igitur uirtus dilucīditate de-

finiat̃ ꝙ ita eé illud ſigni é qm̃ niſi oro ſi-
nificet nó hébit opus ſuũ. Et qm̃ nec deie-
ctá & humilé: nec rerũ dignitaté exceden
tem ſed accõmodatam eſſe oportet. poe
tica quoq; forte non humilis: ſed oratiói
non accommodata eſt.

¶ Qualitates igitur neceſſariæ quæ omnibus ora-
tionum generibus conueniunt & ſine quibus nul-
la prorſus rhetorica oratio eſſe põt ut Ariſtoteles
in hoc enunciato inquit: duæ tantũ ſunt elocutio-
nes mediocritas: & perſpicuitas. & quidem elocu-
tio pſpicua eſſe debeat: eo ſigno Ariſtoteles ꝓbat
quia niſi oratio ſignificet opus ſuum non habebit:
quæ aũt finem ſuum non manifeſtat. Ab oratore
fruſtra fit elocutio perſpicua eſt in qua clauſulę ita
collocantur: ut oratio perſpicua & non obſcura ſit
ut dicemus. & uero mediocris eſſe debeat expona
mus nam licet elocutiones multæ ſint: tamen Ari-
ſtoteles duas extremas conſtituit. Alteram quam
humilem ac deiectam exiſtimat. Alterã excelſam:
atq; ampulloſam. Ampulloſa aut excelſa poetica ẽ
ut dicit q̃ rhetorice orõni non accõmodatur. exce
dit enim elocutio poetica rhetoricæ orationis me-
tam. ut dicem⁹. Humilis uero atq; deiecta elocutio
philoſophica eſt rebuſq; philoſophicis accommo-
data. nam ut. M. Tullius inquit philoſophica di-
ctio eſt uelut uirgo grauis & ſpecioſa nulla agitatio
ne aut contẽtione egens quam Pythagoras & pla-

to retinuere hi & perſuaſiōe quadam in dicendo utuntur ſemper eodem modo ſe habentes nā pedeſtris & enumeroſa Platon s oratio eſt exiſtimata. unde. M. Tullius in. vi. de finibus inquit diale ctici & philoſophi uerbis utuntur his quæ ipſi ſciē tie. nota ſunt & in primo de finibus inquit a philo ſopho ſi affert eloquentiam non ſpernam ſi nō ha beat non admodum flagitē: quibus nobis ſatis col ligere licet philoſophicam elocutionem eſſe humilem cum ſit uelut uirgo grauis & ſpecioſa nulla agi tatione aut contentiōe egens. inter has ergo extre mas collocat elocutionem rhetoricam. quoniam (ut inquit) nec deiectā eſſe & humilē nec rerum dignitatem excedere oportet. ſed rebus popularibus in quibus loquitur rhetor accommodatā. hu milis enim prænimia deiectione attentos auditores non facit attendimus enim difficilia ac nobis ali quo pacto inſueta. Ampulloſa prænimia dictiōis excellentia: auditores repellit aureſq; eorum perfugat: laborioſa. n. non complectimur. ſed perfugi mus: uerum mediocritas hæc ad audientium qualitatē (ut arbitror) referenda eſt. non enim elocu tionem ipſam eādem habere rationem ad omnes aures æqualiter dicēdum eſſe putauerim. Sed ſem per audientium facultas obſeruanda eſt. nam hominibus pœne rudibus temporibus noſtris Ciceronianas orōnes non quis idoneas eſſe aſſereret: q̄ ſuis temporibus quibus linguæ peritia eminebat. (ut Cornelius Tacitus refert) humiles erāt: nr̄is uero temporibus in quibus ruditas uiget eſſent excelſe: atq; ampulloſæ: ac ſupra rhetoricæ digni

tatem cōſtitutæ ex his patet inter philoſophicam & theoricam orationes hāc eē conuenientiam. q̄ utraq3 dilucida oratio eſſe debeat differētias uero has q̄ philoſophica oratio cum ſit dilucida: meta/phorica non patit:ideo eſt ex nominibus atq3 uerbis non priſcis non ficticiis non ſynonymis non æquiuocis oratio uero rhetorica metaphorica re/cipit amplius philoſophica humilis rhetorica me/diocris eſt.

Enunciatum .III.

Dilucidam reddūt elocutionem quæ propria ſunt ſine nomina ſiue uerba:non quæ inuſitata:inuſitata enim grauiorem red/dunt orationem & admirabilem quod enī ad peregrinos atq3 aduenas patimur: id etiam ipſum ad dictiōes ſubſtinemus quo circa.in metro multa id faciūt commode q3 ibi dicuntur ſiquidem tam res q̄ pſonæ de quibus habet oratio:excellētiores ſūt in oratiōe uero ſoluta cū cā minor ſit multo paucioribus utēdū.qnimo ſi ſeruus. aut adoleſcēs ornatiora diceret indecorū eēt nō q̄ ficta ſed innata hæc.n.ueriſimilē fa/ciunt orationem illa autem contrariū hoc eſt doloſam.præterea tanquam inſidian/

tia quemadmodum & uina miſta uitupe-rantur non ergo quæ ficticia: niſi raro at-q; paucis in locis ubi metaphoricis atq; ſimilitudinariis utēdum, non quæ æquiuo ca cauillatori enim conferunt qui æqui-uocationibns fraudem parat. Non quæ ſy nonyma ſunt enim poetis propria.

¶ Diximus duas eſſe elocutionis neceſſarias qua litates mediocritatem. ſ. & dilucidıtatem cū de me diocritate elocutionis abſoluimus nunc de dilucidi tate dicendum eſt: de qua Ariſtoteles hęc pauca lo quitur: quæ in enuntiato accepimus elocutionem ergo ipſam faciunt ut inquit dilucidam nomina & uerba quibus conſtat cum fuerint propria: ꝓpria uero quæ non inuſitata quæ non ficta niſi raro: paucisq; ī locis ubi metaphoricis atq; ſimilitudina-riis utendum eſt: quæ non æquiuoca quæ non Sy nonyma. Quod quidem inuſitata nomina ac uer-ba elocutioni rhetoricæ non conueniunt Ariſtote les probat ex eo quia inuſitata nomina ac uerba grauiorē raddūt orōnem atq; admirabiliorē q̄ rhe torica ipſa materia reqrat qđ uero inuſitata admi ratione & grauitatem præſe ferant Ariſtoteles no bis pſuadet exēplo ſumpto a pegrinis atq; aduenis aſſerens idem ipſum nos ad dictiones hoc eſt noīa atq; uerba ſubſtinere quod ad peregrinos atq; ad uenas patimur peregrini enim & aduenæ (quia ſunt nobis inuſitati) admirabiliores Ciuibus:

& grauiores:ciues uero ob conſuetudinem admira
biles minus minuſq; graues nobis uidentur ita quo
q; elocutio quæ inuſitatis nominibus & uerbis cõ
ſtat grauior atq; admirabilior uidebitur:hac ratio
ne (ut Ariſtote.inquit)in metro multa(nomina
ac uerba inuſitata)(id)hoc eſt admirationem &
grauitatem(faciunt) cõmodeq; ob hanc cauſam
dicuntur ſiquidem tam res quam perſonæ de qui
bus poetica oratio habetur excellentiores ſunt:in
oratione uero ſoluta cum cauſa circa quam uerſa
tur minor ſit his inuſitatis noībus ex uerbis mul
to paucioribus utẽdum eſt:immo forte nullis. rhe
torica enim oratio non admirationem uel grauita
tem efficere debet ſed perſuaſionem quæ potius
in nominibus et uerbis uſitatis q̃ in peregrinis re
lucet. Accedit ad hæc q; in poeticis oratiōibus ob
numeros quibus conſonare debent multa inuſita
ta recipere oportet:in rhetoricis uero quia ſolutæ
atq; nudæ ſunt nulla prorſus neceſſitas urget uten
di talibus. qua ratione fit ut quemadmodum inde
corus eſſet ſeruus aut adoleſcens qui ornatiora di
ceret:ita indecora erit rhetorica oratio quæ inuſi
tatioribus uerbis ac nominibus conſtiterit q̃ eius
naturæ cõueniat. Arbitror etiam indecoram ora
tionem reddere nomina atq; uerba cum non fue
rint linguæ familiaria:non his nominibus aut uer
bis utendum eſſe puto:quæ linguæ audiẽtium nõ
conueniunt:ut barbaris:quæ non romanis aut la
tinis:quæ non græcis domeſtica ſunt ſed uerbis &
nominibus latinis ad romanos:græcis uero ad græ
cos ſemper utendum. Quod igitur inuſitata noīa

& uerba orõni diſſona ſunt ex hiſce patet. Quod uero neq; ficta ſed quæ innata conueniant dica- mus nunc breuibus: quoniam cum de frigidis locu tiõibus dicemus uberius loquemur. intelligit ergo Ariſtoteles per ficta uerba q̃ facta ſunt quæq; nõ innata ipſi dicenti exiſtũt: hæc ergo orationi non conueniũt. Sed illi conueniunt uerba q̃ innata ari ſtoteles uocat cãm uero affert q innata uerisimilẽ ficta aũt cõtrarium hoc eſt doloſam orõnẽ faciũt: per innata uerba Ariſto. intelligit ea: q̃ nobiſcũ ex patria uel ex gẽte naſcunt̃ ut romanis romana grę cis græca gallicis gallica: ficta uero eẽnt uerba cũ romani gallicis aut externis uterent̃: cum. n. aliqs hic uerbis loqt̃ q̃ ipſi innata ſunt atq; patr a eius lo cutio ſimplex & nõ ſimulata exiſtimat̃: cũ non ſtu dio ac fraude compoſitã eſſe credant. qui audiunt. Præterea (ut inquit) tanquã inſidiantia atq; falla cia uituperantur non aliter q̃ miſta uina & non na turalia uituperari ſolent tanquam fraudulẽta a bi- bentibus propterea inqt non ergo uerbis q̃ ficticia ſunt niſi raro atq; paucis in locis ubi metaphoricis atq; ſimilitudinariis ſolũ utẽdum ẽ (ut poſtea: cũ de metaphoris erit ſermo) dicem⁹. hãc rẽ obſerua uit theodorus cuius uox erat purior ea quæ aliorũ hyſtrionum uox erat ſiquidem eius uox eius qui dicit eſſe uidetur. aliorum autem hyſtrionum alie- ne perſonę uox erat. Præterea ut Ariſtoteles inqt ſiquis ex uerbis conſuetis ac ipſi natiuis (ut ita lo- quar) orationem componat fac le celatur cum nõ ex ſtudio aut ex malitia illa compoſuiſſe credatur quod Euripides fecit & primus mõſtrauit. Quod

etiam æquiuoca Rhetoricæ orationi idonea ſint. Ariſtoteles probat argumento uidelicet q cauillatori atq; ſophiſtæ conferunt: qui æquiuocationib⁹ nominum & uerborum fraudem: atq; cauillum parat. æquiuoca uero ſunt quæ græci homonyma dicunt Marcianus uero pluriuoca eſt autem æquiuocum nomen uel uerbum qñ pluribus rebus eadem eſt appellatio ut ſideri latrabili & piſci canis appellatio ē oratio ergo dilucida æquiuocis nominibus aut uerbis conſtare non debet ſi quidem rhetorica oratio redderet̃ ambigua obſcura: atq; multiplex inſuper q nec ſynonyma rhetoricæ orationi idonea ſint iterum declaremus. Synonyma itaq; dicuntur quæ ſub diuerſis uocibus idem ſignificant ut enſis. Mucro: Gladius. Eadem dicuntur Polyonyma: quæ Boetius multiuoca appellat. hæc Ariſtoteles ab rhetoricis elocutionibus fugat tanquam poetis propria uerũ ut poſtea dicemus hoc elocutionis genere quod fit per ſynonyma aliqñ i orationibus utimur quotiés uno uerbo nõ ſatis 'ui demur dignitatem aut magnitudinem rei demonſtrare ideoq; in eādē ſignificationem plura cõferũtur. Vt ſi dicamus proſtrauit afflixit perculit. quũ autem uno nomine aut uerbo idem dicere poſſumus. ſynonyma ſemper in oratione uitanda ſunt: tanquam poetica potius: dico in eadem clauſula: in diuerſis enim & uti poſſumus: & decus orationis eſt illis uti hactenus de elocutionis perſpicuitate: atq; diluciditate. poſt hæc de elocutionis frigiditate euitanda dicamus.

Enunciatum .IIII.

Frigiditas ergo in elocutione ipſa qua- druplicitet fit aut nominum compoſitiõe ut lycophron multifacies cœlos & ut gor gias appellabat mendicum muſum adula torem & ut Alcydamas refertum animum uiribus cauſam autẽ. nam hæc propter cõ poſitionẽ poetica uidentᷣ. aut priſcorũ no minum nimio uſu ut lycophron xerxes di- co uir mõtis inſtar & ſchiron uir uaſtus: & Alcydamas ludicrum poeſi. Aut epitheto rum abuſu: cum aut longis aut alienis aut frequentioribus utimur. hoc enim poeti- cum eſt non rhetoricum. primo quidem quia rhetoricum morem euertit. ſecundo uero quia periculoſa elocutio hæc eſt ſiq- dem mediocris conuenit equa facile quis errare põt. tertio qm̃ epithetis huiuſmo- di nõ tanq̃ cibariis. ſed tanq̃ bellariis utẽ dũ ẽ quare nõ ualde crebris ac patẽtib⁹ & amplioribus q̃ res poſtulat at poetæ iſto- rum inuenerũt exceſſum ſi quidem poetæ

propter indecorum, ridicula, & frigida cō fingunt: atq; componunt, utimur autem compoſitis, cum & res innominata ſit, & dictio ad compoſitionem apta/ut immo-rari, parricida/quod etiā ſi crebrius fit, omnino poeticum eſt. Aut .iiii. metaphorarū diſſonantia/aut quoniam ridiculæ, quibus comici utuntur. Aut quoniam nimis inflatæ ac tragicæ. Aut quoniam obſcuræ quia remotiores, ut gorgias, uirides res, atq; exangues quas turpiter ſeminaſti, & perperá meſſuiſti. hoc em̄ ualde poeticū eſt.

¶ Quomodo uero frigiditas in elocutione euitāda ſit, exponamus. Primo accipientes quot modis in elocutione frigiditas cōtingere poteſt. Ariſtoteles ergo quattuor modis frigiditatem in oratiōe accidere autumat: eſt autem orationis frigiditas: quā barbari inſipiditatem: alii abuſionem uocant: ē autem abuti: quum aliquo nimis licenter utimur: ut fit cum aliqua re utimur: contra id: ad quod eſt inſtituta: ut ſi in templo ciuilia negocia tractaremus: templo diceremur abuti. hinc abuſiuum. idem ei ē quod cōtra naturam: ac peculiarem uſum fit. Ariſtoteles autem frigidū hic non accipit pro eo: quod habet frigus: ſed pro eo: quod naturę noſtrę non conſonat: quomodo dicit a uirg. frigidus o pueri:

ſugite hinc latet anguis in herba.ergo elocutio di
citur frigida:quatenus non conuenit rebus de qui
bus eſt. Ariſtoteles ergo hanc ſiue abuſionem: ſi
ue inſipiditatem.ſiue frigiditatem quattuor modis
accidere in elocutione autumat.Primo quidē no
minum compoſitione:quę circūlocutio dicitur:ue
luti fecit lycophron:qui uolens cœlos appellare:
multifacies nomine compoſito:ac ficto appellauit
Gorgias uero:uolens pauperem circumloqui:di
xit ſapiētem adulatorem.& Alcydamas animum
circumloquens appellauit uiribus refertum.nomi
na uero:ut græci compoſita nō habemus:fingi ta
men poſſunt:ut terræ littus:dicamus magni cerul
ces:aut anguſto pontum:adulatorem uero mendi
ci muſum & orationis uim: finiferā:& theſſali pa
uimentum:purpuri colorem:hec ut Ariſto.inquit
propter compoſitionem poetica uidētur:ut capri
genum:& id g nus.Secundo accidit priſcorum no
minū nimio uſu.Sunt enim priſca nomina & uer
ba:quę ſuperiori ætate fuerunt ut priſci latini:qui
fuere anteq̄ Roma conderetur.unde Barbari pri
ſca nomina:& uerba extranea appellant: ꝙ quaſi
abierint a noſtra conſuetudine:atq; ætate:hoc pa
cto lycophron xerxes dico uir mōtis inſtar:& ſchi
ron appellauit uir uaſtus: & Alcydamas appella
uit ludicrum pœſi.omnia enim hæc poetica:& nō
rhetorica ſunt:ueluti plautina quędā q̄ antiq̄ ſunt
orationibus non conuenirent. Tertio accidit epi
thetorum abuſu:quod tripliciter fieri uidetur.aut
cū longis epithetis utimur:adiectiua quidem lōga
ſunt ut duripilū:caprigenū:cādirubrū:uitigenum

& id genus. Aut fieri põt: cũ alienis adiectiuis uti/mur: uelut ſi diceremus albũ lac: nigrũ carbonem & id genus: hæc em̃ epitheta dicunt ab Ariſt. alie/na: qa nõ hiis ſubſtãtiuis accõmodabilia: a nr̃is di/cunt nõ opportuna epitheta: qa reuera lac album intelligit̃: et ſi illud epithetũ ei nõ adderet̃. his uſus eſt Alcydamas: nã dicẽs ſudorem: ſudorem humi/dũ dixit: dicẽs uero leges: dixit leges ciuitatũ legales aut fieri põt: cũ frequẽtioribus utimur: ut ſi dicere mus lignũ eſſe albũ: uteremur pluribus epithetis albedinẽ ſignificãtibus. Vt lignũ albũ: cãdidum: ni ueũ: & id genus. his enĩ: (ut ſupius diximus) non utimur: niſi quotiẽs uno uerbo non ſatis uidemur dignitatẽ: aut rei magnitudinẽ demõſtrare. Quod obſeruãt iurecõſulti: ut poſtea dicemus. Sic igit̃ epi theta lõga: aliena: atq; frequentia: ſiue multiloqua elocutioni rhetoricę diſſona ſunt: eãq; reddũt fri/gidã: ſunt tñ poetica: poete. n. pp decorũ ridicula: & frigida cõfingũt atq; cõponũt: ut dictũ eſt. Qđ aũt hæc elocutioni rhetoricę nõ cõueniãt: Ariſt. probat: primo qa horũ uſus rhetoricũ morẽ euer/tit. facitq; oratiõnẽ: aut fictã: aut ſupfluam. Secun do quia uſus iſte conueniret: cum eſſet moderatus ac mediocris: nam ſi crebrius ponantur: patefaciũt modum poeticum. faciũt etiã: ut elocutio grauior uideat̃ uſus ergo mediocris conueniret: at qm̃ e me diocritate facile quis poteſt recedere: ideo ſecurus eſt his nõ uti. Tertio quia epithetis huiuſmodi nõ tãq̃ cibariis: que dantur pro neceſſitate: ſed tãq̃ bel lariis que cibaria ſunt: que dantur pro delectatiõe: utendum eſt. At bellariis non ſemper utimur: ſed

cum appetitu caremus. Ergo epithetis huiuſmodi ſcilicet longis: uel alienis: uel multiuocis: nõ niſi raro: uti debemus: utpote quãdo dictio innominata eſt: & uerba fuerunt compoſitioni apta: utimur. enim illa compoſitione: immorari: que eſt ex in: & moror. etiam parricida: quæ eſt ex patre uel patria: & cedo quod etiam ſi crebrius fiat: omnino poeticum eſt. Que uero modo utamur alienis uel nõ opportũis aliqñ: & quomodo aliqñ multiuocis dictum eſt: utimur enim quotiens uno uerbo non ſatis uidemur dignitatem: aut rei magnitudinẽ demonſtrare. Quarto accidere poteſt frigiditas metaphorarum diſſonantia: aut quoniam ridiculæ: q̃bus comici utũtur: aut quoniã nimis inflatę: ac tragicę: hoc eſt graues quibus utuntur aliqñ heroici: aut qm̃ metaphorę ſunt obſcuræ: ac remotiores: ut utebaſ gorgias: cũ dixit: uirides res: atq; exãgues quas turpiter ſeminaſti: perperam meſſuiſti: uel falcula icidiſti. hoc. n. (ut Ariſtoteles inquit): ualde poeticum eſt: appellare enim ſemina uirides res: & exangues: ualde poeticũ eſſe uidetur. Alcydamas uallum legum atq; foſſam philoſophiam ipſam appellauit. Odyſſeam uero pulcherrimum humanæ uitæ ſpeculum. Cuncta enim hæc parum credibilia: quoniam nimis poetica. Illud autẽ Gorgiæ in hirundinem. cum ſuper eum uolans ſtercus emiſerit: optime ac tragicæ dictum eſt: dixit enim. Aui. quidem o philomena ſi id fecerit: turpe nõ eſt. uirgini autem turpiſſimum. Poſt hæc autem dicendum eſt de metaphoris: uſuq; earũ in orõne. Et q̃dẽ breuibus: ſi q̃dem Ariſt. de eis diffuſe loquit̃

Dilucidum igitur iocundum ac perſpicuũ affert metaphora cum ipſa non ab aliquo accipitur. Præterea Metaphora ipſa accómodanda eſt ſecundum proportionem: quemadmodum ueſtis: ut enim iuueni purpureá ſic ſeni quopiá alio colore conuenit: non enim eadem utriſq; decora eſt ueſtis. Adhæc cum laudare uelis a melioribus cum uituperare a peioribus ducenda eſt metaphora eorum: quæ in eodem genere ſunt ueluti ſi diceres mendicantem uouere & uouentem mendicare: utraq; có traria in eodem genere ſunt furatum etiá accepiſſe & rapuiſſe dicemus. fit etiam in metaphora error cum per communia tráſfertur ueluti Dyoniſius chalcæus in elegiis poeſim clamorem calliopes appellat. ꝙ utraq; ſit uox. Præterea non longe repetenda: ſed a propinquis: & his quæ eiuſdé generis ſunt Amplius inominata per metaphoram: ita nominare oportet ut cum

dicta

dicta ſunt:pateat eſſe propinqua: ueluti cũ aliqs ob eius uiuacitaté æs ignitum ap pelletur. Preterea metaphora cõmoda atq́ congrua eſſe debet:ut proba ex probis hõeſta ex hõeſtis:& pulchra ex pulchris: trãſferantur.nã ut lycinius ait pulchritudo:& turpitudo nominis in ſono ſunt: ut in ſiguo. Rurſus metaphora non æquiuoca eſſe debet:ſed q̄ ſoluat cauillatoriam rationem. Alioquin nemo(ut dixi uriſon) turpiter loqueret̃. Poſſunt aũt i metaphoris adiectiones fieri tã a malo uel turpi: ut parricida:q̃ a meliore:ut ultor parẽtis ſymonides cũ moleſte ferret mulas:aſinorũ filias uocabat:cũ uero iocunde ferrebat equorũ filias appellabat. Poſſunt etiã diminutiones: quæ tã bonũ:q̃ malũ minus oſtẽdunt:ut in babyloniis Ariſtophanes mordaciter dicit:ꝑ auro:auruculũ:ꝑ ueſte ueſticulã:ꝑ couitio couiciolũ:ꝑ ægrotatione ægrotatiũculã. Verũ cautũ ſit:ut in utriſq́ ſeruetur mediocritas.

¶ Nunc de metaphoris: & quidem breuiter ſiqui-
dem diffuſe Ariſtoteles de ipſis. Metaphora ita-
q; graece: latine tranſlatio dicitur. Eſt uero meta-
phora: ut Cicero inquit: a propria ſignificatiōe ad
non propriā: aut ſimilitudinis: aut decoris: aut ne-
ceſſitatis: aut cult⁹: aut emphaſeos gratia facta trāſ-
latio: ut cum dico de Achille leonem: de metapho-
ra diſtinguit Quitilianus: nam uno modo fieri po-
teſt tranſlatio in rebus animalibus: ut cum aliud ꝓ
alio ponitur: ut in illa cla[illegible]la: cum ueniet leo: om-
nes belluas fugabit: leo ad regem transfertur: bel-
luę ad tyrannos: inſuper dicitur: ubi catus nō adeſt
cantant mures. catus pro domino: mures pro ſer-
uis accipiuntur. Similiter in rebus inanimis: ut cū
una res inanima pro altera re inanima ponitur.
Aut fieri poteſt: cum pro rebus animalibus ſumun-
tur inanima: aut contra: cum ſumūtur inanima ꝓ
rebus animalibus. ad hanc quoq; metaphorę ſpe-
ciem reducitur: cum rebus ſenſu carentibus actū
quendam: & animos damus: ut cum dicitur: pontē
indignatus araxes. & iterum hęc in plures ſecatur
nam fieri poteſt tranſlatio: aut a rationali ad ratio-
nale: aut ab irrationali ad irrationale. aut a ratiōa-
li ad irrationale. aut contra ab irrationali ad ratio-
nale. Sed quo nam modo fieri poſſint tranſlatio-
nes huiuſmodi: Ariſtoteles praecepta ponit: primū
quidem: ut non ab aliquo fiat: quod ſit fere nulla
conuenientia. Secūdum uero: ut rei: ad quam trāſ-
fertur ſecundum proportionem accōmodata ſit:
quemadmodum ueſtis: ut enim iuueni purpureū
ueſtimentum conuenit: ſic ſeni quid conuenit ſci-

decet aliud ſenile ueſtimentum: non enim eadē utriū
q; decora eſt ueſtis. & ſic nec pluribus decora ē ea
dem metaphora. Tertium cum laudare uelis a me
lioribus: cum uituperare: a peioribus ducenda eſt
metaphora: dico melioribus uel peioribus: in eodē
genere ueluti ſi diceres mendicantem uouere: nō
turpiter ſonat: nec indedecus diceretur. Sed uouē
tem mēdicare: indedecus ſonat: & tamē utraq; cō
traria in eodem genere ſunt. furatum etiam accipiſ
ſe: non in dedecus rapuiſſe uero in dedec? dicim?.
Quartum metaphora non pro comunia accipi de
bet Fit enim in illa error. cum per communia trāſ
fertur. ueluti dionifius chalceus poęſim & calliopē
appellauit clamorem: q; poſſis ſit uox: & calliopes
uox. quę cum ſit parua conueniētia: friuolā: ut in/
quit Ariſtote. eſt metaphora. Quintum metapho
ra non longe eſt repetenda: ſed a propinquis ſimil/
tudinibus. & ab his quę eiuſdem generis ſunt: eiuſ
dem generis dico ſecundum analogiam. Sextū ut
fiat metaphora hoc pacto. ut cū innominata per
metaphoram nominantur: pateat eſſe propinqua
ueluti cum aliquis ob eius uiuacitatem ęs ignitum
diceretur. Septimnm commoda atq; congrua eſſe
debet: ut proba ex probis: honeſta ex honeſtis: &
pulchra ex pulchris tranſferātur. nam ut lycinius
ait pulchritudo: & turpitudo nominis in ſono ipſo
atq; uoce: ut in ſigno ſunt: & ideo pulcher ſonus
pulchram rem deſignat. Octauum (ut non ſit æq
uoca) ſed; talis: ut ſoluat cauilla cauillatoriam ra
tionem: aliquando ut briſon dixit in metapho/
ris mentio turpiter loqueretur: quoniam cum ſit

multiplex ſemper accipi poteſt ad bonum ſenſum ulterius Ari. in metaphoris docet additionē & diminutionē tā in malū q̄ in bonū ſiquidem eadem res appellari poteſt pulchrius: & minus pulchre: turpiter & turpius. poſſumus paricidam appellaꝛ paricidam turpius minus turpiter ultorem parentis. Symoniades contra mulas iratus appellabat eas turpiter aſinorum filias: cum pacatus erat: dicebat equorum filias. ſimili ratione de diminutione: ut in babyloniis Ariſtophanes mordaciter dicit pro auro aurulum: pro ueſte ueſticulum: pro conuicio conuiciolum. pro ægrotatione: ægrotantiunculam. ait tamen Ariſtoteles in utriſq̄. ſ. diminutionibus: & additionibus ſeruādam eſſe mediocritatē: nā neq̄ nimia additio cōſonat: neq̄ nimia diminutio delectat: utraq̄ ergo mediocris eſſe debet. ſed qua ratione in elocutione recipiendæ ſint: Ariſtoteles paucis abſoluit: dicens: quod non frequentandæ ſint: nam (ut inquit quintilianus) modicus atq̄ opportunus uſus illuſtrat orationē: frequens uero: obſcurat: & tedio complet. continuus uero in allegoriam: & enigmata exit.

Enunciatum VI.

Imago uero parum a metaphora differt nam cum Achillem: ut Leonem: irruiſſe poeta dicit: imago eſt. cum uero Leonem irruiſſe: metaphora. cū. n. & Leo & Achilles uterq̄ uiribus excellat: Achillem tra-

ducendo Leonem appellauit. Accomodã tur autem imagines orationi ſolutæ etiã ſed rarius. frequens enim earum uſus poe ticus eſt. ducuntur etiam ſicut metaphoræ non enim ab eis differunt: ut dictum ẽ. & qm̃ quæcũq; trãſlatiue dicunt̃. & ut imagi nes: & ut metaphoras dicer̃ licet. fit: ut q̃ cũq;: ut metaphoræ dicta ꝓbant̃: oĩa etiã imagines erũt. ſiqdẽ imagines metapho ræ ſunt cõparatiua rõne addita. unde quẽ admõdũ metaphora tũc reddit̃ cũ ad utrã q; ꝑtem: ex proportione: & ĩ his: quæ ſunt eiuſdẽ generis ducit̃: ſic & imago.

¶ Nunc de rethoricis imaginibus agendum ẽ ima go a quibuſdam aſſimilatio dicitur: a quintiliano uero lib. viii. Similitudo atq; comparatio dicitur. Differũt autem a metaphora: ut Ariſtoteles inqt: & Quintilianus refert: q; ſimilitudo comparetur rei: quam uolumus exprimere: Metaphora uero ꝓ ipſa re dicitur. unde fit: ut in imaginibus utamur noĩatiuis aſſimilatiuis: non autem in metaphoris: comparatio eſt enim cum dico feciſſe quid homi nem (ut hominem) Metaphora uero: cum dico de homine leo eſt. hoc autem aſſerit Ariſtoteles: cum inquit: imago uero parum a metaphora dif fert: nam cum Achillem ut Leonem irruiſſe poe

ta dicit:imago eſt cum uero dicit Leonem irruiſſe metaphora eſt nam & Leo & Achilles uterq; uiribus excellat: Achillem traducẽdo Leonem appellauit.ergo metaphora eſt imago & imago metaphora non differẽtes niſi additiõe notæ ſimilitudinis de imaginibus multa exẽpla ponit Ariſ.ut apd Androtionẽ in idriea:ſimilẽ ipm eẽ canibus mõ ſolutis:nã ille pcedẽtes mordẽt.& idriea ex uinculis ſolutũ infectũ eſſe.& ut theodamas archidamũ cu xeno geometriã ignorãtẽ cõferebat:cũ dixit:ex proportione erit euxemus archidamus gæometricus. & in repu.platonis:q mortuos ſpoliãt eos canibus ſimiles eẽ:q lapides mordẽt:& picientes nõ tãgunt & ut demoſthenes i plebẽ:cũ dixit ipſam gubernatori nimis ſimilẽ eẽ:robuſto qdẽ:ſed ſub curdio: uel ſurdo.& illud quoq; in carmina poetarũ. formoſis abſq; pulchritudine ſimilia eẽ nã & illi.ſ.formoſi ſine pulchritudĩe cũ defloruerint.ſ.depoſitis ornamẽtis:& hæc.ſ.carmina ſoluto nũero:q ẽ ut carmi nũ ornamentum:lõge alia q̃ fuerint eẽ uident. Et pericles in ſamios:dixit ſamios ſimiles eſſe pueris qui ptẽ accipiunt:ſed plorãtes.q eẽ poterat.ex eo quia de benefactoribus murmurabãt.& in boœtios:dixit q illicibus ſimiles eẽ illices arbores ſunt altæ:q̃ uento concuſſe ſeipſas deiciũt:ſic boetii ſuperbi ſuperbia elati contra ſeipſos pugnãt. demoſthenes in plebẽ:q ſimilis nauſea laborantibus ſit quod eſſe potuit:quia ſicut qui nauſea laborãt ſũt inquieti.ſic plebs illa inquieta erat appetens ſemper euomere:quod intra habet: & Democrates: oratoris nutricibus conferebat: quæ deglutientes

cibum ſaliua pueros inungunt. nam ut nutrices maiorem cibi partem deglutiunt. & de reſiduo: quod eſt quaſi ſaliua: pueros inungunt & mitigāt ſic oratores pecunias litigantium accipiunt & uerbis eos mitigant. Antiſthenes etiam cephiſodotum tenuem Thuri parem eſſe dixit: quoniam contritum delectet: ſic forte Cephiſodotus mortuus placet populo. erat enim Tyrannus. De uſu uero imaginum pauca dicit Ariſtoteles. Ait enim accommodantur autem imagines orationi ſolutæ etiam: ſed rarius. frequens enim earum uſus poeticus eſt. Modicus enim harum uſus: & opportunus illuſtrat orationem. frequens uero obſcurat. & tedio complet. continuus autem in allegoriam & ænigmata exit: ut de metaphoris dictum eſt. Ex his patet quod quæcunq; ut Metaphoræ dicta probantur: omnia etiam imagines erunt. quoniam imagines ſunt ipſæ metaphoræ nota comparationis ſolum addita. Et ideo ut metaphora tunc fit: cum ad utranq; partem: cum ex proportione & ex his. quæ ſunt eiuſdem generis ſaltem analogici. ducitur: ſic imago fieri uidetur. eſt enim hæc uniuerſalis quaſi dignitas: q̄ imago ſumatur in utraq; parte comparationis ex proportionabilibus: & ſimilibus: ut ſi phiala ſit ſcutum liberi patris bachi: commode phiala ſcutū ipſum martis dicetur. ut enim phiala eſt ſcutum bibentium: Sic ſcutum eſt phiala bellantium. De imaginibus ergo uni illa præcepta ſeruanda ſunt quæ in ipſis Metaphoris ſeruanda eſſe notauit Ariſtoteles. hæc de imaginibus. poſt hæc ad meta

phoras:& imagines tranſigamus:rurſus diuidētes.

Enunciatum VII.

Metaphorarum atq; imaginū rurſus aliæ ſunt:analogicæ:aliæ urbanæ:aliæ prouerbiales.aliæ hyperbolicæ.Analogica imago ſiue metaphora fuit illa periclis:cum de iuuenibus q in bello perierūt:dixit uer ciuitatis eſſe ablatū.imago uero eſſet.cū dixiſſet:ſic iuuētutem e ciuitate amiſſam ueluti ſiqs uer tollat ex anno.urbana uero:ut de quodā q laborabat quinq; ægritudinibus:urbane:ac facere dicebat:eum teneri quinq; cordis.prouerbialis autē:ut de eo:qui ut boni aliqd cōſequatur:id adducit:unde dānum ipſi infertur:carpathius leporem dixit.hypbolica uero. ut nec ſi mihi ut daret:quot arena & puluis.Vrbana rurſus diuiditur:nam alia ex deceptione:ut quando aliquis contra ſe habere uidetur:quam dicat.ut ſi uideretur: negare:& affirmaret:uel uideretur affirmare:& negaret.ut cum dicimus ita uere ē:

ſed errabã. Alia ex eo:ꝙ dicit: quod ait ſe non dicere.ut illud ſteſichori ꝙ eis cicadæ humi canent:aut illud ſophiſtarum nolo tibi dicere te eſſe hyſtrionem:& tamen dicit. Alia eſt œnigmatica:quæ iocũda eſt:quoniam diſciplinatio ineſt.ut mater me genuit:eadem mox gignit̃ ex me. Alia ex nouitate quaſi inopinabilis: ut theodorus dicit:quũ noua dicuntur: quæ preter opinionem ſunt: ut ouis comedit lupum:& lepus inuaſit canem. hæc enim ſi ad priorem opinionem conferantur. ꝑter opíonem.eẽ uidentur. alia ex deprauatione:ut fit in ridiculis & ſalibus deprauatione litterarũ.ut ibat in pedibus habẽs ulcera.decipitur.n.auditor.cum non conſequat̃ oratio:ut auditor putabat:auditor .n.opinabat̃ calceos dicturum. Alia fit ex deprauatiõe dictionum:ut illud theodori aduerſus citharedũ Nicena thartat te. hæc.n.tunc ꝓbantur:cum per equocationẽ nomẽ afferẽ:& cõmode ſi ſemp uis:ut

illud nec oportet peregrinũ peregrinum ſemper eſſe. Et illud Anaxandride: quod in primis fertur. bonum eſt mori: anteq̃ morte quid facias. hæc quidem quãto breuius & per oppoſitionem dicta ſunt: tanto magis probantur: hyperbolica uero duplex grauis, ꝙ puerilis grauis ut niue candidor: & ſtella rutilante pulcrior. puerilis uero: quæ uehementiam ſignificat: qua irati utuntur: ut cum dicunt: Atride agamemnonis filiam non ducam: etiam ſi aurea cũ uenere pulchritudine certaret. utũtur his maxime attici oratores: ſed ſeni ſic dicere indecorum eſt. & quoniam imagines metaphoræ ſunt quodammodo: utræq;. n. ex duobus conſtant: ideo quæcunq; de metaphoris dicta ſunt & de imaginibꝰ dici poſſunt. Semper. n. imago ꝓba eſt: cũ utriſq; tranſlatio ineſt.

¶ Vlterius de metaphoris: & imaginibus. Ariſto. dictiones & ſubdictiones longas facit. Quintilianus uero & alii oratores lõgiores. ego uero pauca ut rudimẽta: collegi: in q̃bus exẽpla Ariſto. aliqua:

adiecimus:aliqua ex aliis auctoribus.ſunt.n.Ariſ: exẽpla obſcura:cũ eos auctores.e qbus illa accepit nõ legimus:uerũ cũ exẽplorum nõ ueritas:ſed magis mãifeſtior queratur ſatis ſit nobis ea exẽpla accepiſſe qbus metaphoræ itelligi poſſint metaphoras itaq; uel imagines i quattuor gñа prima diuiſit:nã aliud analogicarum aliud urbanarum:aliud puerbialiũ. hyp bolicarum aliud analogica metaphora ſiue imago. fuit illa periclis quũ de iuuenibus.q in bello pierũt dixit uer ciuitatis ẽ ablatũ imago uero eẽt:cum di xiſſet:ſic iuuentutem a ciuitate amiſſam: ueluti ſi quis uer tollat ex anno.hæc enim metaphora di cta eſt Analogica: ſiue ex proportione: ut Ari ſtoteles inquit quoniam ut iuuentus ſe habet ad ci uitatem: ita uer ſe habet ad annũ:in hunc ſenſum uenit illud leptinis de lacedæmoniis:cum dixit eos non permiſſuros:ut græcia luſca fiat.nam cum ip ſi permittebant mulieres uideri ab omnibus: erãt enim mulieres omnibus quaſi communes:lepti nes dixit hoc facere lacedæmonios ut non permit terent græciam fieri luſcam. ideo permittebant eas uideri. Alia uero dicitur urbana: quam aſti am uocant:eſt enim aſteiſmos quicquid ſimplicita te ruſtica uacat: habens non nihil loci differt au tem hæc a priori: quæ dicebatur analogica: quod illa ſimplex eſt:ſolam proportionem dicens at ur bana ſupra analogicam ad diſciplinationem. nam trãſlatio.quæ facit diſcere.urbana dicitur apud non nullos:apud alios uero addit nõ nihil faceti: aliqdq; diſciplinatõis.& iõ actica dr.ut de quodã q labora bat quoq; ægritudinibus:urbane ac facete dicebatur

¶ Nunc de pendente atq; conuoluta elocutione dicamus Ariſtoteles enim de pendente pauca quoniam extra propoſitum eſt: de conuoluta multa dicit. elocutio enim (ut inquit) duplex eſt: pendens: & conuoluta: pendens eſt: quæ una quaſi coniunctione: nullum per ſe habet exitum: niſi res: quæ dicitur: in exitum peruenerit: ut ambitus qui ī diatyrambicis ſunt. iſti. n. una quaſi cōiunctione conteſti. finem non habent. pendēs compoſitio herodoti ac Thurii ē: q priores qdē oēs: nunc uero nō multi utunf. elocutio uero: quæ finē nō habet: pēdens dr̄ uel: qm̄ animum in ſublimi quaſi ſuſpēſum tenet uel qm̄ animum nimio deſiderio intentum ſa

cit: uel quia animum dubitare: compellit quaſi ad diuerſa trahatur: nam cum in ea finis nõ cõſpicet. ſuſpenſum: atq; dubium: & cum deſiderio animũ efficit: hæc enim (ut Ariſtoteles inquit) nullum per ſe habet exitum: niſi res: quæ dicitur: in exitum ac finem peruenerit. uituperat hãc Ariſtoteles: q ſic inſuauis: quoniam eſt infinita: atq; indetermi-nati finis. omnes enim qui audiunt: finem conſpi-cere uolunt: quem: cum non proſpexerint: fatigan tur ſignum autem quoniam in calce orationum ex pirant: ac reſoluũtur nimio labore defatigati: ergo elocutio pendens repellenda eſt. conuoluta uero eſt quæ periodis effertur: atque ſtituitur. perio-dus uero latine clauſula: quæ compoſitio eſt: ubi plena ſententia eſt. unde medici periodicas febris uocant: quæ artis temporibus abeunt: & quo-dam quaſi circuitu facto: rurſus redeunt: ut ſunt tertianæ: & quartanæ. ergo perihodus elocutio-nis eſt clauſula: ſiue compoſitio: quæ ipſa per ſe ipſam principium habeat & finem: magnitudinem q; mediocrem. Et quoniam clauſula: ſiue periho dus principium habet & finem: magnitudinemq; mediocrem: ſuauis eſt: & dilucida ſuauis quidem (ut Ariſtoteles inquit) primo quidem. quia inter minato ac ſuſpenſo contraria eſt. ſecũdo uero: quo niam ſemper aliquid ſe habere auditor putat. cum ſibi aliquid terminatum ſit. dilucida uero quoniã ſenſus in ipſa non inciditur: ſed concluditur: facile-q; memoria tenetur. nõ enim eſt ut iambici ſopho cles uerſus. poſt hæc de clauſulis dicam⁹: & primo quidem quietatim.

Enunciatum. XIIII.

¶ Clauſularum uero altera ex membris conſtat: altera ſupina eſt ex membris qui dem conſtare dicitur: cum duobus uel plu ribus ſtruitur. dico autem membrum alte ram eius particulam. ſupinam uero clau- ſulam dicimus: quæ uno membro conſtat uerum oportet ne tam ſupina q̄ membris conſtans: ipſe aut mācbæ ſint: aut longæ: ſed mediocres. Mācbæ quidem: nam qua ſi ſubito interuallo reperto: auditorē qua ſi ceſpitare faciunt. longæ uero ſit audito rem relinquunt ſicut deambulātes finem prætereunt.

¶ Prætermiſit Ariſtot. pendentem elocutionem tanq̄ rhetoricis diſſonam: & de conuoluta ſolum diſſerit: quæ conuoluta dicitur quaſi periodis con ſtans. & quoniam conuoluta intelligi nō poteſt: ni ſi periodus hoc ē clauſula intelligat̄: de clauſula ita diſtinguit ꝙ alia ſit ex membris conſtans: alia ſupi na ex membris conſtat. quæ (ut ita loquar) pluri membris eſt. eſt. n. membrum eius altera particu- la: & per particulam: non intelligit nomen uel uer bum: uel aliam orationis ſimplicis partem: ſed itel ligit per membrum ſimplicem quandam orationē

quam logici ſimplicem propoſitionem appellant: ut hæc ſocrates eſt philoſophus: hæc enim ꝓprie apud Ariſtotelem hic dicitur membrũ: apud dialecticos diceretur ſimplex propoſitio ea ergo clauſula, quæ duobus aut pluribus membris conſtat: hæc dicit̃ periodus atq; clauſula pluri membris q̃ a logicis dicit̃ propoſitio compoſita uel conuentiua. requiritur aũt: ut pluri membris clauſula: ſit abſoluta: diſtincta: faciliſq; reſpirationis: nõ in ipſo interuallo: ſed tota: atq; pfecta: alioqn non eẽt periodica: unde longitudinẽ eius non nulli anhelitu mẽſurant: nam tantam eſſe maximam dicũt quanta uno anhelitu explicari põt: & qdem non cum difficultate: ſed facile: ſi .n. uno Anhelitu cum difficultate proferretur: eſſet longa. ſupinam uero clauſulam Ariſtoteles appellat eam compoſitionem: q̃ uno membro conſtat: quæq; dici poteſt unimembris: q uno tantum membro conſtet. differt autẽ hæc a membro q membrum ſit breuis particula: at clauſula ſupina licet ſit pticula: eſt longiuſcula. & dr̃ forte hęc ſupina quaſi trãſlatione qm ſicut ſupini dicuntur homines manci: quod propter defectum membrorum uentre cœlum uerſus iaceant: ſic unimembris clauſula ſupina dr̃. q membrorũ defectu manca quaſi clauda iaceat. uerum. ut Ariſto. inquit. illud attendendum eſt: ut tam ſupina q̃ plurimembris clauſula mediocres ſint. paruæ. n. quaſi ceſpitare auditorem faciunt. Auditor. n. ad longius uel ad mediocritatem proſpiciens: terminũ non ſtatim ſibi præfixit: ideo cũ ſubito iteruallo retrahat̃: quaſi ex repulſione ceſpitat. lõgiores uero

ipſi auditores relinquũt: nã nimiũ defatigati finẽ p̃tereũt ueluti deambulãtes p lõgũ iter retrocedũt calcẽ itineris p̃tereũtes ſinaũt pluri mẽbres clauſula: nec lõgi mẽbres: nec breui mẽbres eẽ debẽtq.n. lõgi mẽbres ſunt: peſſimæ ſunt: & ſuſpenſæ: q uero breui membres periodi non ſunt. poſt hæc de aliis clauſulæ dictionibus dicendum.

Enunciatum. X V.

Clauſula uero pluri mẽbris: alia nõ oppoſita. ut hæc ſæpenũero eos miratus ſum: q feſtos dies celebrãt: & agones gymnicos iſtituerũt. altera uero oppoſita ẽ: cũ i utroq; mẽbro cõtrariũ ad cõtrariũ refert: ut illa accidit. n. ſæpiꝰ ut ſtolidi fœliciter: prudẽtes ifœliciter agãt. aut cũ idẽ ambobus cõtrariis cõiungit. ut ſi diceret accidit. n. ut ſtolidi & prudẽtes fœliciter agãt rurſuſ pluri mẽbris clauſula duplex eſt. alia. n. dr̃ cõtẽtio quæ ẽ oppoſitoꝝ collectio alia uero dr̃ cõpar: quæ ẽ cũ mẽbra æqualia ſunt. aſſimilatio uero alia cũ utriuſq; mẽbri ultima ſimilia ſũt: ſimilia dico aut icipiẽdo aut deſinẽdo: icipiẽdo qdẽ nõ niſi i noibꝰ fit ut æger eat: q æger eẽ diceba. d̃ſinẽdo

uero fit ĩ ultimis ſyllabis: uel uerbi uel nominis uel ẽt ĩ integra ipſa diſtinctiõe ĩ ultimis ſyllabis uerbi. ut putauerũt eũ bñ feciſſe & ipm cãm fuiſſe. ĩ ultimis uero nois hoc mõ. erãt in cogitatiõe maxia: & ĩ ſpe minima ĩ dictiõe uero integra: quã cõuerſioné appellãt: hoc pacto: at tu in uiuo dicebas male: & nũc in mortuũ ſcribis male cõcurrũt aũt ĩ idẽ nõ unq̃ cõtẽtio cõpar: & aſſimilatio nõ unq̃ ẽt cõtẽtiones falſæ inueniunt ut apud epycharmũ. illa ĩterdũ qdẽ illo℞ erã: ĩterdũ uero apud illos ego.

¶ Iterũ alias de clauſulis dictiones fecit Ariſto. q̃ plurimẽbris clauſula: altera nõ oppoſita ſit quę ex non contrariis mẽbris cõponitur. ut hæc: ſæpenumero eos miratus ſum: q feſtos dies celebrãt: & agones Gymnicos inſtituerunt. hæc enim non oppoſita eſt: cum eius mẽbra contraria non ſint. Altera uero oppoſita eſt perihodus ſiue clauſula oppoſita uel cum in utroq; eius membro contrarium ad contrarium refertur: ut illa: accidit enim ſæpius: ut ſtolidi fœliciter: prudentes infœliciter agant. inter membra enim eſt oppoſitio inter ſuppoſita: quoniam prudentes & ſtolidi opponi uidentur: & inter appoſita: quoniam fœliciter agere: & infœliciter agere oppoſita ſunt. Amplius: & in illa

oppoſitio eſt:licet talis oppoſitio fieri nequeat:na
uigauit per terras.pedibus fuit per maria.& hic ēt
oppoſitio eſt licet fieri nequeat:helleſpontum eni
coniunxit:athon montem effodit. Amplius & illa
natura ciues lege ciuitatis priuantur:nam ipſorum
alii miſere interierunt:alii turpiter exularunt rur/
ſus & ea turpe eſt:cum priuatim barbaris in famu
latu utamur:multos ſociorum ipſis publice ſeruien
tes negligēt.rurſus etilla:aut uiuos amplifices:aut
mortuos de relinquas.omnes enim iſte oppoſitæ
ſunt in quibus in utroq; membro contrarium ad
contrarium refertur:uel poteſt etiam clauſula op/
poſita eſſe:cum idem utriſq; contrariis adiungitur
ut ſi diceretur:accidit enim ſæpius:ut ſtolidi & pru
dentes fœliciter agant:& poteſt eſſe clauſula oppo
ſita utroq; modo:ut illa:utriſq; utilitatem attule//
runt:& his qui remāſerunt:& his: qui ſecuti ſunt:
nam illis plura quam domi habebant: conquiſiue
runt:his ſufficientia domi reliquerunt.hæc eſt una
clauſula cuius illa pars:& his qui remanſerunt &
reliqua eſt oppoſitio ī qua idem dicitur de duobus
oppoſitis:nam qui remanſerunt:& qui ſecuti ſunt
quodammodo opponuntur. Afferre utriſq; utili/
tatem de utriſq; dicitur.ſecunda uero eius pars op
poſitio eſt:in qua in utroq; membro contrarium
ad contrarium refertur.quoniam remanſio ſecu/
tioni:& ſufficientia pluribus cōtraria ſunt.dicit ta/
men Ariſtoteles in his omnibus clauſulis oppoſi/
tis eſſe ſuauem delectabilemq; adiectionem: quo
niam cōtraria patent aperte:eſtq; oppoſitio longe
ſuauior:cum oppoſita ad ſeipſa breui referuntur.

eſt alia cauſa:hæc oppoſita clauſula ſit ſuauis:quo niam eſt ſimilis Sylogiſmo eleucho redarguitiuo: qui oppoſitorum collectio eſt. Rurſus de clauſulis Ariſtoteles Aliam dictionem facit:quod pluri mẽ brium clauſularum alia:ſit q̃ dicitur oppoſitio de qua dictum eſt:quod ẽ ſimilis Sylogiſmo eleucho quoniam eſt oppoſitorum collectio. Alia uero eſt quæ ab Ariſtotele dicitur compar:quæ fit:cũ mẽ bra ſunt æqualia:ut ſi parentibus eſt benefaciendum præceptoribus eſt benefaciendum. utriſque enim non poteſt reddi par uel hoc pacto:aut propter pecuniarum inopiam.aut ꝓpter belli magni tudinem.hæ namq; clauſulæ neq; ſimiles:neq; cõ trariæ:ſed tamen inuicem pares ſũt. tertia uero di citur aſſimilatio:& hæc eſt: cum utriuſq; membri ultima ſimilia ſunt:dico ſimilia ultima ipſa: nomi na uel uerba cum ſimilia fuerint aut incipiẽdo aut deſinendo:incipiendo quidem:ut Ariſtoteles inqt non niſi in nominibus fit:ut æger eat: qui eger eẽ dicebatur.deſinendo uero fit ĩ ultimis ſyllabis: uel uerbi uel nominis:uel etiam in ipſa integra dictiõe in ultimis Syllabis uerbi:hoc pacto: ut putauerũt eum bene feciſſe:& ipſum cauſam fuiſſe.in ultimis uero Syllabis nominis:hoc pacto:erat ĩ cogitatio ne maxima:& in ſpe minima.in dictione uero in tegra:quamconuerſionem appellant hoc pacto: ad in uiuo dicebas male : & nunc in mortuum ſcri bis male. Aliquando autem & incipiendo:& deſi nendo reperitur:ut in aliis rhetoricorum libris ex poſuit hoc pacto ſicuti militibus nullis ualet:& ui ribus multis caret. Dicit etiam Ariſtoteles : quod

contentio compar:& ſimiliter cadentia in eadem clauſula aliquãdo concurrunt:ut in hac. Si amicis eſt benefaciendũ:inimicis eſt malefaciendũ:demũ dicit aliquãdo apud oratores reperiri contẽtiones falſas:ut apud epycharmũ hoc pacto:interdũ qdẽ illorũ eram:interdum uero apud illos ego.quę contentio falſa eſt:quoniã eſſe apud illos.& me eſſe illorum idẽ eſt. Poſt hęc de urbana elocu.dicẽdũ.

Enunciatum XVI.

¶ Vrbanã elocutionẽ faciũt metaphora oppõ,& pricipiũ:qđ añ oculos dr. nã facile diſcere ac itelligere natura oib⁹ ſuaue eſt:uerba uero aliqd ſignificãt/quare q̃cũq; uerba facile nobis igerũt diſciplinã, hæc ſuauiſſima ſunt.priſca.n.ac aliaꝝ gẽtiũ nõ itelligunť,ꝑpria uero ac noſtratia ſcim⁹.iccirco,nec ſupficialia,q̃ ciuilibus patẽt,cõprobã tur.nec ea:quæ quicq̃ hñt quod i eis quæreř oportet:nec qaecũq; dicta ignoranť:ſed quorũcũq; cognitio uel ſimul dũ dicanť,fit ẽt ſi pri⁹ nõ erat uel ñ multo poſt mẽs ea ꝯſequiť:ſic.n.diſciplinatio fit metaphora & oppõ:& pricipiũ qđ poculis ẽ:nec ſupficialia:nec penitus

difficilia ſunt; iure hæc urbanam reddũt elocutionem.

¶ Nunc dicamus de urbanis: ubi primo illud Ariſtotelis attendendum: quia poſſe facete dicere: ẽ ingenioſi: aut exercitati: ſed docere facete dicere: artis rhetoricę eſt. ideo quantum ad artẽ ſpectat multa ſunt: quę elocutionem reddunt urbanam: Hic Ariſtoteles præcipua tria ponit: in aliis rhetoricorum libris addit quartum: quod non arbitror eſſe prętereũdũ: ſumit aũt q̃ſi dignitatẽ: & ab oĩbus cõceſſa; ꝙ facile diſcere natura oĩb⁹ ſuaue ẽ. Prio. n. diuĩę ſciẽtię libro ait oẽs hoĩes nã ſcire deſiderãt. Fugiũt aũt multi ſciẽtiã propter uerborũ difficultatem: ergo quando diſcere eſt facile & ſuauiſſimum hinc fit uerba omnia: quæcunqꝫ facile nobis ingerunt diſciplinam: hæc ſuauiſſima eſſe. hic uerba priſca: atqꝫ aliarum gentium: cum non intelligantur: & noſtratia: cum ſciantur: ſuauia non ſunt. Priſca quidem quia non intelliguntur: noſtratia uero qa nihil diſciplinæ habent: cum iam nata ſint ac manifeſta: reſtat: ut nec ſuperficialia uerba: quæ omnibus patent: comprobentur: nec ea uerba: quæ quicq̃ habent: quod in eis quærere oportet tanq̃ queſtione dignum: nec uerba quæcũqꝫ dicta ignorantur: urbana ſunt: ſed ea uerba ſunt urbana: ſuauiſſimaqꝫ: quorumcumqꝫ cognitio: uel ſimul dum dicantur: fit: etiam ſi prius non erat: uel non multo poſt mens ea conſequitur. ſic enim diſciplinatio fit unde quicquid facile eſt diſcere: aliqua ratione eſt facile: qua facile ſit cognoſcere. Aliqua uero

difficile:qua fit diſcer̄:Ex his patet ꝙ ex arte elo/
cutio tribus fit urbana metaphorarum:ac compa
rationum interpōe clauſularum oppoſitarum cō/
ſtitutione:& eius principii:quod eſt præoculis in/
terpoſito uſu:methaphoræ enim omnes:cum con
uenientes fuerint.& diſcere facile faciunt:& ſuaues
ſunt:preſertim ſi in elocutione non frequens ſit ea
rum uſus:ſed commenſuratus loco:& tempore:op
poſitiones etiam:ut dictum:ſuauiſſime ſunt:cum
maxime nos diſcere faciant:quæ ſi ſuo loco & tem
pore in elocutione conſtituantur ſuauem:& urba
nām reddunt elocutionem. Ea quoqꝫ principia: q̄
hyperophthalmica ſunt:ac peculiaria:cum etiam
ſuo loco & tempore in elocutione ſtruuntur:mirū
in modum eam urbanam efficiunt.ex arte ergo his
tribus modis elocutio urbana fieri poteſt ſecundū
Ariſtotelem in hoc libro:At in aliis rhetoricorum
libris addit quartum modum. Ait enim maxime
eſſe obſeruandum:ut uerborum mores hominib⁹
ſimiles queas reddere:hoc autem fieri ait:ſi q ma/
gni:qui curioſi:qui mediocris ſunt mores:conſide
rabuntur. Hac enim uia elocutio urbana fieri po/
teſt. hactenus de urbana elocutione. Poſt hęc de
elocutionibus differentiis dicendnm eſt:& primo
de accidētalib⁹:quæ ſunt hiſtoricū & cōcertatiuū.

Enunciatum VII.

¶ Elocutionis igitur Altera hiſtorica:al
tera agoniſtica hoc eſt concertatiua eſt.
hiſtorica quidē quæ maxime propria eſt.

concertatiua uero quæ maxime ſimulata. concertatiue uero duo genera ſunt. nam altera morata eſt: altera affecta. affectam eligunt hiſtriones: & poetæ: moratā ue- uero hypocritæ: cumq; hiſtorici & concer tatores conferuntur: hiſtorici quidem in certaminibus anguſti: bōi enim oratores/ cum legantur/agreſtes uidentur. Preterea ſimulata: ut articuli: & ea: quibus ſæpius idem dicitur. In elocutione hiſtorica re- probantur. In concertatiua uero neceſſa- ria ſunt. uerum ſimulata/ut articuli: & ea: quibus ſepius idem dicitur: cum ſine actio nibus ſunt: & ſtolidiora uidentur: & ſuum officium non reddunt. Quare in elocu- tione concertatiua/neceſſarium eſt com- mutare cum idem dicis: nam id uim præ- bet actioni: ut hoc pacto: is eſt: qui ueſtra furatus eſt: is: qui uos decepit: is qui uos prodere deniq; conatus eſt: hæc autem cō mutatio recte pronuncietur: alioquin di- cens trabem portare uideretur, Amplius

neceſſarium & in concertatiua commutare articulos:hoc pacto:ueni: offendi: ſupplicaui:eſt autem & tu hac articulorũ cõmutatiõe opus actiõib⁹:ita ut nec ut unũ nec eodem modo:nec eadem uocis figura dicantur.Preterea tam in articulis:q̃ in ipſis breuibus quibus in concertatiua elocutione utimur:neceſſaria eſt eorũ diſſolutio: Nam ſi coniunctio multa:faciat unum:contra ſi tolletur coniunctio unum multa erit.etiam ſi de aliquo multa dicãtur:neceſſe de eo multotiens dixiſſe:ergo quæ multotiens/dicuntur:multa quoq; eẽ dicta uidentur.

De differentiis igitur elocutionis nunc dicendum.quarum primæ accidentales eſſe uidentur. Sunt autem hæ duæ:hiſtoricum:& concertatiuũ: quod Ariſtoteles Agoniſticum. Quintilianus: altercatiuum: Alii contentioſum appellant.dicitur autem elocutio hiſtorica illa: quæ parum aut nihil ſimulati habet.dico parum aut nihil:quoniam non eſſet rhetorica:niſi aliquid ſimulati: ac uerisſimilis haberet: uerum quoniam ſimulati parum habet: ueri autem ac rei multum: ideo elocutio

illa dicta eſt hiſtorica. Amplius dicta eſt hiſtorica quia non opus eſt: ut proferatur uoce. Satis enim eſt ut legatur ſcriptis: At agoniſtica niſi uoce: & actionibus pronuncietur: ſtolidum atq; friuo-lum quod uidebitur. Rurſus hæc dicitur Ago-niſtica: quoniam uniuerſa: aut pro maiori eius par-te in ſimulatis actionibus conſiſtit: ut Quintilia-nus inquit in ſexto libro: Siue enim in ſimulatis actionibus genus hoc dicendi: frigidum: & ſtoli-dum eſt: & quoniam actionibus utuntur qui in a-gone pugnant: ideo hoc dicendi gen⁹ ab uſu actio-num agoniſticum eſt dictum: ac cum in hiſtorico genere actionibus non opus ſit: iure hiſtoricum dictum eſt quod magis ad ueritatem intendat: q̃ ad ſimulationes. Amplius hoc dicendi genus ut Quintilianus inquit in ſexto pro maiori parte cõ-ſtat: aut intẽtione: aut depulſione: ideo in hac par-te aſperrima dimicatio eſt. Nec alibi dixeris ma-gis mucrone pugnari. Nam & firmiſſima quæ-que memoriæ iudicis inculcanda ſunt. etiam præ-ſtandum quicquid in actione fieri poteſt & refel-lenda mendacia: nuſq̃ deniq; eſt qui cognoſcit in-tentior nec immerito quidam quãquam in dicẽ-do mediocres. Hac tamen altercandi præſtan-tia meruerunt nomen patronorum. Hæc ex qn-tiliano: qua ratione fit: ut hoc dicendi genus ac-commodatiſſimum ſit patronis qui litigant in cau-ſis: cum illi maxime concertent: Ariſtoteles ta-men cum diſtinxit elocutionem in hiſtoricam: & ſimulatam quam Agoniſticam appellat ſubdiuiſit agoniſticam in duo genera: in elocutionem mo-

ratam & affectam: non quod morata non ſit affe/ cta. Vtraq; enim ſimulata dicitur: uerum una dici tur morata: quia mores fingit laudabiles: ut per/ ſuadeat: & hæc propria eſt hypocritis: qui ſub ſpe cie ſanctimoniæ ſtudent perſuadere gentibus. al tera dicitur affecta: quia geſtibus incumbit: ut mo ueat auditores: & hæc communis eſt hiſtrionibus & patronis: & omnibus his: qui cauſas agunt: nam hæc tota in ſimulatis actionibus. ut moueant au/ ditores: collocata eſt. Hanc exercuerunt poetæ: ut lycinius ex dithyrambicis: & homerus: potiſſimũ in illo: hireus ab ſyma: Hireæus agaliç: Hiræus q̃ formoſiſſimus. hanc exercuit philemon hiſtrio in anaxandridæ gerunto inania quandocunq; Rha damantus: aut Pallamedes introducitur: & in præ fatione piorum: cum ego ac ego ſæpius repetit: po nit autem Ariſtoteles inter has: duas differentias ex parte dicentium: & ex parte eorum: quæ dicun tur: ex parte quidem eorum: qui dicunt: nam cuʒ hiſtorici & agoniſtæ inuicem conferuntur atq; cõ parantur: hiſtorici in certaminibus reperiũtur an guſti: & manci: maleq; deſtri. quia boni horatores hiſtorici: cum legantur: uidentur agreſtes: non la/ ſciui: ac fucati & ſimulati. contra uero agoniſtæ: & oſtentatores: & fucati omni ex parte uidẽtur: illo rum enim uis potius in hiſtoria: & ſcriptis conſi/ ſtit: iſtorum uero in geſtis: & actibus. ex parte ue/ ro eorum quæ dicuntur: nam ſimulata: ut articuli & ea quibus ſępius idem dicitur: in hiſtorica elocu tione reprobantur in agoniſtica uero neceſſaria ſunt. Articulus habetur: cum ſingula clauſulæ uer

ba interuallis diſtinguuntur:ut Cicero libro quar to ad heren.inquit:ut ueni:offendi:ſupplicaui: & ut ego:ego:ego:& dicuntur articuli quaſi particulę membri:ut plenius uſus eſt:ea uero:quæ ſæpius dicuntur. Ab Ariſtotele.hic dicuntur breuia:quoniã ſunt breuia membra clauſule:ut illa:is eſt:qui ueſtra furatus eſt:is:qui uos decepit:is qui uos prodere deniq; conatus eſt. Hec igitur in hiſtorica reprobantur:in altercatiua deſiderantur. Addit tamen Ariſtoteles:q cũ articuli:& breuia ſine actionibus.geſtibuſq; ipſis fuerint:& ſtolidiora uidentur:& ſuum officium non reddunt.ex his concluditur.tria eſſe quæ ſunt neceſſaria . in agoniſtica lucta:prima q cum idem dicis:per breuia:neceſſarium eſt illa commutare:et per uerba:& per rectã pronunciationem : Nam hæc commutatio magnam uim præbet actioni:ut fiat hoc pacto:is eſt qui ueſtra furatus eſt:is:qui uos decepit:is:qui uos prodere deniq; conatus eſt. Secundo cum per articulos:bis dices:neceſſarium eſt uoce:& actiõe eos commutare hoc pacto:ut ueni offendi:ſupplicaui:uel(ut homerus)hoc pacto:niræus ab ſpina. niræus a glaie:niræus: qui formoſiſſimus. hæc autem niſi recte pronunciẽtur:atq; commutatis uerbis & actionibus:agoniſticus:qui dicit:uidebitur nimis grauis:ac ſi collo portaret trabem:unde(ut recte Ariſtoteles inquit)in hac articulorum commutatione:& in illa breuium narratione opus eſt actione:ita ut nec unum:nec eodem modo:nec eadem uocisfigura:dicantur. Tertio tam in articulis q̃ in ipſis breuibus:cum illis utimur in agoniſtica

elocutione:neceſſaria eſt eorum diſſolutio ita ut non cum coniunctione pronuncientur:ſed abiunctę.cauſa autem:quia ſicut coniunctio multa facit uideri unum:ſic diſſolutio:atq; abiunctio unũ diuerſimode pronunciatum facit uideri plura: ergo ad oſtentationẽ abiunctę:atq; diſſolute pronũciãda ſunt. Preterea ſi de aliquo multa dicant̃:neceſſe eſt de eo multotiens eſſe dictũ.ab actiua ad paſſiuam:Si enim tu diligis philoſophiam:& philoſophia erit a te dilecta:quare idem de aliquo multotiens dictũ:uidentur multa de illo eſſe dicta:multotiens enim dici uidentur multa dicta:ad oſtentationem ergo idem uariis modis pronunciatum de eodem:uidetur non parum facere amplificationẽ hoc fecit homerus in illa articulorum commutatione:niræus abſyme. ubi amplificauit nireum propter deceptioẽem in cõmutãdo:& tñ de eo nullã amplius mẽtionẽ fecit.niſi ſemel recordatus.ex his patet dr̃ias inter hiſtoricam elocutionem & agoniſticã eẽ ex accidẽtib⁹:nam oĩa quæ ſeruantur ĩ hiſtorica:ſeruantur in agoniſtica:ſolũ dr̃ia eſt primo ex parte actionũ.Secũdo uero ex parte uſum breuiũ:& articulorũ:quæ ſunt accidẽtales admodũ dr̃æ.hacten⁹ de elecutiõis dr̃iis accidẽtalib⁹. poſt hęc d̃ eẽntialib⁹ elocutio.dr̃iis breuib⁹ dicẽdũ eſt.

Enunciatum XVIII.

¶ Amplius elocutionis alia eſt deliberatiua: Alia iudicialis: Alia demonſtratiua, Deliberatiua elocutio adumbratio

ni: atq; picturæ ſimilis eſt: Agitur enim ad populares: qui quanto plures fuerint tanto longius ſpectant. Iudicialis autem exquiſitor, Agitur enim apud unum iudicem: quem exquiſitiorem inuenire facilius eſt. Præterea iudicium apud unum purum eſt: cum abſint aliena: & concertatio popularium: qui agunt de bonis communibus. q autem deliberatiua elocutio differat a iudiciali: argumentum nobis eſt: quod non in his omnibus comprobantur æqualiter oratores. Demõſtratiua uero elocutio maxime aliarum eſt hiſtorica: cuius opus ẽ lectio. poſt hãc iudicialis magis hiſtorica minus aliis deliberatiua.

¶ Supereſt mõ ut de differentiis eſſentialibus aliqua dicamus: & qdẽ breuibus: nõ. n. dñia hęc hẽri põt niſi cognitis: & diligẽter dilucidatis generib9 dicẽdi: d qb9 diligẽter poſteã diceni9: nũc uero breuibus ſupponamus oratorem nam dicere niſi aut in concionibus publi. in quibus agitur de utili uel damnoſo in his de quibus conſultant ciues. Aut in iudiciis & cauſis: in quibus dicunt: qui accuſant aut defendunt. Aut in laude uel uituperatione

aliculus perſonæ animatæ:uel ianimatæ hinc tria elocutionum genera habentur:aut ea: qua utitur hortans uel dehortans in publi.concionibus. Aut ea:qua utitur accuſans:uel defendens in iudiciis: aut ea qua utitur laudans:uel uituperans in demõſtrationibus inter has ponamus differentias: nam elocutio deliberatiua adumbrationi atq; picturę ſimilis eſt:hoc eſt rudis:& ſuperficialis non corpori: atq; rei:ſed ſimilis umbræ & picturę.cauſa autem quia hæc elocutio ad populares agitur:qui quãto plures fuerint:tanto longius ueritatem ſpectant: cum multitudo ignaua:& rudis pro maiori parte ſemper inueniatur iudicialis autem licet debeat ēt ipſa eſſe ſuperficialis:comparatiue deliberatiua elocutione exquiſitor eſt agitur enim apud unum: q̃ inuenire doctorem multis non eſt difficile. prætérea iudicium quod fit apud unum purum eſt non tumultuarium:non uarium: nec diuerſimode inténtatum:abſunt enim bona communia. quæ nõ ſunt propria:ſed aliena: potius noſtra:quam mea uel tua:& propter hanc cauſam abeſt multorum cõcertatio:ideo iudicium apud unum exquiſitius agitur:cum minus tumultuariæ: agatur. Quod autem deliberatiua elocutio: & iudicialis differant: obſeruatio docet: nam multi oratores in publicis rebus probantur. qui non ſunt boni in iudiciis: multi contra comprobantur: elocutio uero demonſtratiua: quia agitur de laude unius rei:exquiſitor eſt cæteris:& magis hiſtorica: & elegantior: inuectiue enim altiori calamo traduntur ſcriptis: non enim ſemper demonſtratiua elocutio uoce p

nunciatur:immo non niſi clam:aliquando: & ſcri/ptis traditur:præſertim cum uituperamus: laudes autem magis in uoce dici ſolent uituperationes uero potius ſcriptis traduntur:& multæ fiunt clam. Quare demonſtratiua elocutio.hiſtorica magis cęteris eſt:cum potius ſcriptis: quam uoce tradatur, cæteræ autem indifferenter & ſcriptis: & uocibus amplius demonſtratiua eſt magis exquiſita:& pa/rum cæterum abſtruſior:præſertim in uitupatio/nibus.cum enim ſcriptis mandetur.plures reperi/ri poſſunt:qui intelligant.Ex quibus patet has dif/ferentias:cum accipiantur per dicendi genera eſſe magis eſſentiales.quam illæ aſſignatæ ex acciden/tibus.Excuſo autem me ab Alus dictionibus : ut Ariſtoteles ſe excuſauit:ſuperuacuum enim eſt elocutionem iniocundam & inmagnificam diuidere nam eadem ratione diuidi poſſet in liberalē:& modeſtam:& ſecundum alias uirtutes ſi enim elocu/tio non ſit humilis:ſed dilucida :atq; decens.Ma/gnifica erit:& iocūda:& ſi ꝓlixa aut breuis ſit nō ē dilucida nā breuis ceſpitat,ꝓlixa retrocedere facit hic mediocris eē dēt. Ampli⁹ ſi elocutio ſit trita : & ꝓſca: & uſitata:& nūerus:& uerīſimilitudo ita (ut decet) collocentur:iocunda erit.de aliis ergo dr̄ũs nullo pacto eſt dicendum.hæc pauca de elocutio/ne epitomatice uolumus eſſe dicta:cætera orato/res hanc orationis partem difficillimum eſſe arbi/trantur.M.enim Antonius aiebat ſe multos uidiſſe diſertos:eloquentem uero neminem: & Cicero inuentionem & diſpoſitionem prudentis hominis putat : eloquentiam oratoris . Noſtra præſertim

ætate hanc tãtum uſui cernimus:cum cæteræ iam exoluerint.ſocrates uero in apologia non multum hanc magnifecit:dicit enim oratori ſatis eſſe (ut uera dicat) iudici uero aut audientibus iuſta ue an iniuſta ſint cognoſcant. in Gorgia eloquentiam: quæ: & ornamenta habet:uult ſimilem eſſe cibi s medicorum:qui ut dulces uideantur: ornari conſueuerunt.unde explodit ab oratione hæc omnia: monetq; ut ſtudium oratoris:ſit ſolum erga neruum:quæ eſt ipſa perſuaſio. Ariſtoteles quoq; primo rhetoricorum libro omnia ea explodit ab oratione:quæ præter rem ſunt:utpote & quæ moratam:& quæ affectam orationem faciunt.laudatq; Areopagitas:quod prohiberet præter rem quicquam dicere:iccirco in ciuitatibus: quæ bonis legibus gubernantur: omnia exteriora prohibenda eſſe cenſet:ideo ſupponit his omnem orationem debere eſſe præceptis grammaticæ congruam ſatis eſſe rhetoricæ orationi arbitratur. (ut ſit dilucida) & inter extremas mediocris. At ſocrates in Gorgia & apologia ſupponens orationem omnem præceptis grammaticæ oportere conuenire: de Mediocritate atq; celſitudine parum: aut nihil curans: ſatis eẽ autumat ut oratio ſit dilucida: hoc eſt nec ex uocabulis: priſcis: ſed uſitatis: nec fictis ſed innatis:nec ſynonymis:nec æquiuocis: hactenus de elocutione.

Enunciatum XIX

¶ Orationis partes duæ ſunt: altera quæ

propoſitio: altera quæ fides dicitur: niſi enim res exponatur & probetur: oratio finem ſuum non conſequitur. Eſt autem propoſitio prior fide: neceſſe enim primo rem exponere de qua: deinde probatur. Prohœmium uero & collatio: & replicatio & peroratio partes orationis neceſſario non ſunt: ſi enim res patet: & parua ſit prohœmium non eſt neceſſarium ſi memoratu facilis. per orationē non indiget. collatio autem: & replicatio: tunc fiunt in oratione: cum res in controuerſia eſt. Præterea collatio & replicatio partes fidei ſunt. quæ enim in aduerſarium replicantur: ad fidem faciendam inducuntur. collatio uero ſuorum amplificatio eſt. Rurſus qui confert: aliquid probare uidetur.

¶ De numero partium orationis magna quæſtio fieri ſolet inter Rhetoricos. Ariſtoteles autem Breuibus hic: uult orationis partes: quæ per ſe partes ſunt: & ſine quibus: nulla ora-

tio perfecta eſſe poteſt:eſſe duas. Alteram:quam propoſitionem:alteram quam fidem appellat: & hoc ideo:quoniam ſine his oratio non erit & ſolis his perfecta eſſe poteſt:quod ſine his oratio non ſit: probatur. quoniam niſi in oratione res exponatur:& expoſita probetur. oratio nulla erit: modo rei expoſitio propoſitio ſiue narratio eſt:probatio rei expoſitæ fides dicitur:uel perſuaſio. Quod autem ſolis his oratio perfecta eſſe poſſit:etiam probatur:quoniam ſi res pateat:& ſit breuis memorata facilis:nec exordium:nec epilogus eſt neceſſitas ex eo enim quod res patet de qua oratio habetur: exordio non opus eſt:ex eo quia breuis:& quæ in ea continentur:facilia memoratu ſunt epilogus neceſſitas non eſt.ergo oratio perfecta eſſe poteſt ſolis narratione & fide partibus conſtituta: eſt autem propoſitio ſeu narratio prior fide: quoniam neceſſe eſt primo rem exponere: deinde expoſitam probatur:ergo narratio eſt ſemper fide ipſa prior. Præterea collatio:& replicatio:quæ maxime in orationibus iudicialibus contingunt ſunt fidei atq; perſuaſionis partes.nec ſemper in oratione cadunt:niſi quando res in cõtrouerſia ſit:quod autem ſint fidei partes:patet:quia qui replicat ſuas perſuaſiones: ad fidem faciendam in aduerſarium fert. replicatio enim argumentorum nihil aliud eſt:quam argumenta prius facta iterum narrata: ergo replicatio probatio eſt. Qui uero ſua cum illis aduerſarii confert: ſua ut amplificet:illa aduerſarii ut extenuet:facit: hoc autem probatur atque fidem facere eſt. Amplius qui ſua cum

illis aduerſarii confert: ſua probat: illa impro-
bat: quare replicatio &collatio partem fidei ſunt
ergo ſecũdum Ariſtotelem ptes orationis ſunt ſex
propoſitio ſiue narratio: fides: ſiue pſuaſio: proœ-
mium epilogus: collatio: & replicatio: duæ in omni
oratione neceſſariæ: duæ neceſſariæ in aliquibus
orationibus: ſcilicet cum res de qua non patet: &
non memoratu facilis ſit: ut proœmium: & epilo-
gus: duæ quæ ſunt partes fidei: collatio uidelicet: &
replicatio appellat autem Ariſto. has partes: quo-
niam in orationis ſtructura determinatum ſitum
tenent. proœmium quidem primum locum: narra
tio ſecundum fides. iii. epylogus ultimũ: clauſulas
uero: quas periodos appellat: non partes: ſed ora-
tionis periodos dicit. qm in orõne oẽm locum tene
re pñt cætera aũt: quæ ad elocutionẽ attinẽt: nõ p
tes: nec periodos: ſed orationis qualitates aut orna
mẽta appellat: q orationem qualem: & ornatam
reddant. hoc aũt arbitror ex induſtria feciſſe Ari-
ſtő. ne appellatione partium æquiuocatio accidat
tanquam. n. bonus ſtructor ſingulis: quibus p ora
tionis ſtructura utitur: nomina propria aſſignauit
unde in hoc theodori auditores reprehendit: aſſe-
rens eum: qui ad differentiam ſpẽm quandam dicit
debere proprium illi nomen imponere ut nomine
ab alio diſcernatur: a quo differt re laudauit uero ĩ
hoc lycinnum qui p rerum differentia ppria noĩa
impoſuit' utrum uero præoccupatio: iudicum depͣ-
catio: poſtulata iterratio: faceccia diuiſio: oratiõis p
tes ſint: queſtio rhetorica eſt: uerum in aliis rheto-
ricorum libris queſtio hæc diſſoluitur: nunc uero

latis ſit locum monſtraſſe. Reprahendit autẽ Ariſtoteles quoſdam: qui deriſibiliter narrationem diuiſerunt in propoſitionem replicationem: & argumentorum enumerationem. primo quia narratio ſic diuiſa: non caderet niſi in iudicialibus orationibus non autem in demonſtratiuis & deliberatiuis. prӕterea nec ĩ iudicialibus hoc pacto cadere uidetur: quoniam enumeratio concedit cum epilogo: replicatio uero cum fide: ut dictum eſt. poſt hӕc de exordio dicendum.

Enunciatum. XX

¶ Exordiũ eſt oratiõis initium quaſi prӕparatio uiӕ ad ſequentia: nam in demonſtratiua oratione exordium ex laude uel uituperatione fluit: in deliberatiua uero a conſilio: in iudiciali autem ex his: quӕ ad auditorem in omnibus enim his: quicquid uelis: oportet cum ſtatim prӕdixeris: producere: atq; coniungere. Neceſſitas exordii & inuentum maxime fuit: ut finis ipſe oſtendatur: cuius gratia oratio habetur ꝙ ſi finis patet: & res parua ſit: exordio utẽdum non eſt.

¶ Exordium itaq; prӕludium & prӕfatio licet eadem ſint: tamen exordium in poeſi dicitur prӕ-

ſatio: in lyræ pulſatione dicitur præludium: in orationibus dicitur exordium. confunduntur autem apud oratores: ſicuti apud græcos prologus: & prohemium. Vtrūq; enim præponit narranda. Ariſtoteles igitur exordium definit: q͞ ſit oratiōis initium: quaſi præparatio uiæ ad ſequentia: Cicero uero: non ab ipſius exordii ſb͞a: ſed magis ab ipſius exordii accidentibus libro primo ad heren. definit: cum ait exordium eſt principium orationis: p̄ quod animus auditoris uel iudicis conſtituitur: uel apparatur ad audiendum. Ariſtoteles autem magis ad ſubſtantiam exordii reſpiciens uult in exordio eſſe aliquid de oratione: aſſerit enim in ipſo eē narrationem & illud: quod orator facere uult: breuiter: iniciatiue uero hoc pacto: q͞ cum ſtatim id q͞ uelis prædixeris: producas: & coniungas quod p̄ppoſuiſti: non tamen eiſdem uerbis ſeruatis: hui⁹ rei exemplum eſt de iſocraticæ in Helenam orationis exordio: quod eſt: nihil contentioſis ſermonibus: & helenæ commūe eſt: ubi poſita helenæ laude de qua oratio habenda erat: quaſi digreſſione quadā facta. (eſt enim exordium digreſſio quędam) ſtatim narrationem: & cætera ſeriatim proſecutus ē. non tamen eiſdē uerbis ſpē: quibus propoſuit. quare recte ad exordii ſubam reſpiciens: dixit exordiū eſſe initium: quatenus aliquid habetur de oratione: quaſi præparationem uiæ ad ſequentia: nā illud quod habet: præparat uiam: & orationem: ut ſeriatim ſequentia dicantur. q͞ aūt exordiū aliquid habet: de eo. quo dicturus eſt orator. Ariſt. quaſi inductione in omnibus exordiis oſtendit. Nam in

oratione demonſtratiua:in qua oratio habetur de laude uel uituperatione:exordiu₃ fluit a laude uel uituperatiõe:q̄ſi ꝑ itẽtiõe in ipſo iſinuata.ut Gorgias in olympiaca oratione:ubi ſit a laude incœpit admiratiõe dignum apud multos eſt o græci.ĩ quo græcos laudat:qui celebres ſolemnitates conſtituerunt.Iſocrates uero incœpit a uituperatione quoniam uirtutem corporis muneribus honorarunt: Prudentiæ autem nullum certamẽ poſuerunt.in oratione autem in qua agitur de conſultabilib9 oratio fluit a conſilio.hortatione uidelicet uel dehortatione.ut ſi quis in exordio deliberatiuæ orationis diceret:probos uiros colendos eſſe:ac ideo Ariſtidem laudare:non eos qui nec probantur:nec improbantur:ſed eos:qui cum probi ſint:latent:ſicut Alexander Priami conſilia laudauit:hic ſit incipiens conſulere:breuibus in exordio conſuluit:ergo in deliberatiuis orationibus inſinuatur conſultatio:de qua oratio habetur.Rurſus hoc idem fit in exordiis iudicialibus:uerũ illud ex quo iniciat orator in iudicialibus:eſt ex illis:que ſunt ad auditorẽ: nam ſi uult orator defendere aliquem accuſatũ:incipit defendere:quod ſit illa innoſcendum:quoniã res illa noua euenit preter opinionem:aut q͠a res illa fuit difficilis:& ideo innoſcendum:quoniam eṁ difficilia non attingimus.ipſa impotentia nos excuſat.Aut quia fuit de permulgata:& cum ſint de illa diuerſe opiniones:quarum aliæ id malũ: aliæ id bonum eſſe dicant innoſcendũ ẽ ergo in iudicialibus exordiis inſinuatur defenſio & cã defenſiõis: de quibus erit oratio.patet ergo in omni exordio

domine

id omne eſſe ſummatum: de quo ſeriatim habetur oratio. quare exordium bene diffinitur: q̄ ſit ora/ tionis initium: quaſi pręparatio uiæ ad ſequentia: Non enim eſſet p̄paratio: niſi ſummatim inſinua/ retur id omne de quo ſeriatim oratio habenda ē. non contentus uero ariſtoteles inductiōe: hoc idē probauit a ſimilibus: nam iudicialia exordia: & de liberatiua ſimilia ſunt fabularum atq; poeſis præ/ fationibus. demonſtratiua uero dythirambicis: ac lyræ pulſantibus. At tam in fabulariis poeticiſq; p̄ fationibus q̄ in dythirambicis præludiis: id de quo oratio habetur: ſummatim inſinuatur. ergo & in iudicialibus: & deliberatiuis: & demonſtratiuis. ſi/ militer. Preterea idem probat ex eo: quod tam in poeticis q̄ in rhetoricis orationibus exordium eſt orationis oſtenſio: ut auditores non ſint ſuſpenſi ſed præſciant qua de re habetur oratio. Nam qđ indeterminatum eſt: in errorem adducit: qui uero principium quaſi in manum dedit: is facit: ut audi/ tor retentus orationem ſequatur. huius rei exem pla poetarum ſunt: ut iram pande mihi. dic mihi muſa uirū & dux mihi muſa ſis: q̄ nā pacto ex adia tica tellure bellum in europa ingens irrupit. ſimili ratiōe exordia tragicarū fabulaꝝ fabula: de q̄ erit poeſis: ſignificant: nam quamuis non ſtatim exor dium fabulam ſignificet: ut euripides: tamen in p̄/ ſatione ipſa ſignificat. ut & ſophocles: dicens: mihi pater Polybius erat. comedia etiam eodemmodo hæc de definitione ex hac diffinitione facile patet exordii inuentum. & neceſſitas: & quando: neceſ ſitas enim. (ut ex his patet:) & inuentum ma/

ximę fuit: ut finis ipſe oſtendatur: cuius gratia oratio habetur. uerum orationi non ſemper exordium neceſſarium eſt: Nam ſi orationis finis paret: & res parua ſit: de qua oratio habetur: exordio utendum non eſt: ſed erit quaſi idem: exordium eſt propoſito inſinuatio & narratio: ut ĩ rhetoricis aliis: ex his patet: quid exordiũ ſit: & ad qd fuit eius inuentum: & neceſſitas: & quando eſt neceſſarium: & quãdo nõ. poſt hæc de cæteris exordii neceſſitatibus dicendum.

Enunciatum XXI

Cætera uero neceſſitatum genera ob quæ exordia inuenta eſſe uidentur: præter rem commũia remedia ſunt. Nam diſſolutio: quæ in exordiis põitur: ab ipſo defendente inducitur: ut ea quæ impedimẽto ſunt. tollantur. Diſpoſitio uero in exordiis recipitur: ut iudex uel auditor ad beniuolentiam: uel attentionem: uel contra prouocetur. Sed ſi non erunt ab aduerſario inducta: quæ ad calumniam pertinent: nec iudex aut auditor prauus: qui quæ ſunt extra rem libenter audiat: nõ ẽ in rhetoricis orationibus opus oxordium niſi ut res ſummatim dicatur: uerum quã

do opus eſt attentione: ſciẽdum ẽ ꝙ audi tores uel iudices attenti fiunt rebus ma gnis: ſuis: nouis: iocundis. contendentes uero ſi rem dicemus paruam: ſi doloris ef fectiuam: ſi nihil ad eos pertinere. Si o pus eſt beniuolentia: in iudicialibus qui dem beniuoli fiunt iudices: ſi ab oratore mouebuntur: ad miſericordiam: uel ad a lios effectus ut dicemus. In demonſtrati uis uero faciendum: ut auditor collauda ri: aut ſeipſum: aut genus: aut ſtudia ſua putet: uel alio quodammodo. Deliberatí ua autem oratio ſimpliciter: atq; per ſe exordio non egeat: cum id de quo oratio habetur. ſciatur. Aliqua tamen ratione. & per accidens eget: aut ad calumniandum: aut ad diſſoluendum: aut ad amplificãdũ: aut ad attenuandum: aut etiam orna tus cauſa: Quoniam manca uidebitur oratio: niſi exordiũ habeat: in quo bre uiter res inſinuetur: de qua habebitur oratio.

¶ Oratores itaq; non tantum finis oſtendatur: gratia cuius oratio habetur: inuētum eſſe exordiū aſſeruerunt. ſed propter alias neceſſitates. in iudicialibus quidem: aut ut ſoluātur ea q̄ ab aduerſario inducuntur: in demonſtratiuis uero & iudicialibus: ut auditor diſponatur. Circa quæ attentione dignum: duas eē neceſſitates: ob quas alii inductū eſſe exordium uolunt. Primo quidem quia ab accuſante coram iudice aliquādo ſunt inductæ calūniæ: quæ defendēti impedimēto ſunt: ut proſequatur orationē. & tunc defendenti neceſſe eſt ut has calūnias: quæ ipſi impedimento ſunt: in exordio diſſoluat: & notanter diximus defendenti q̄m accuſans: qui calumniat̄: confirmatiōem ſuam ue eius calūnias in peroratione facere debet: ut audientes melius meminerint. & ideo defendens non eodem loco ad calumniam reſpondet: in quo accuſans calumniatur. Qui enim defendit inſinuata intentione atq; fine cuius gratia oratio eſt habenda: primum in exordio ad calumniam reſpondet: Qui uero accuſat in peroratione inuehitur: atq; ſuam cōfirmationē affert. ille quidē impedimentū tollendo: hic auĝt calūnias memoriæ iudicis cōfirmando. hæc uidet̄ una neceſſitas exordii in iudicialibus: in qua (ut patet) ſupponitur eū: qui accuſat: prius dixiſſe calūniaſq; in epilogo ſuæ orationis multas induxiſſe: hāc quoq; neceſſitatē putant eſſe in deliberatiuis. nām deliberatiua ex iudicialibus rationibus fluunt cum propria minime habeant: & propterea ſicut in iudicialibus exordio opus eſt ad diſſoluendum ea quæ ab aduerſario inducta ſunt: ſic

& in deliberatiuis: ſed hanc neceſſitatem non acce
ptat Ariſtoteles. hoc enim non neceſſitatem, ſed
remedium eſſe autumat: quoniam præter rem cō
tingit. ſ. ꝓpter aduerſarios: qui ſi nō calūniati eēnt
diſſolutionem in exordio accipere non opus eſſet
eſt enim quaſi remediū quo remoueat̄: impedimē
tū: ut oratio poſſit ſeriatim cōpleri uerū utrū diſſo
lutio rationū aduerſariorū & refutatio poſitiōis
eorū ſe teneat cū exordio: an cū cōfirmatiōe: po
ſtea dicemus, cū de refutatione dixerimus. Secūda
uero neceſſitas ē: ut auditor: uel iudex diſponatur:
aut ad attentionē: aut ad beniuolentiam, uel ad ho
rum contraria. nā interdum oportet auditorē ſiue
iudicē contemnētē facere: qui enim rem turpē ha
bēt: aut habere uident̄: his ubiuis immorari cōfert
magis q̄ in re: quaſi ſerui faciūt: qui quando erraue
runt non reſpondent ad interrogata: ſed quæ cir
ca illa ſunt: ea exordiuntur: & dicunt preterea non
ſemper conducit attentum facere: multi namq; co
nantur ad riſum deducere. nec ſemper neceſſariū
eſt iudicem beniuolum facere: aliquando enim ad
iram: aliquādo ad miſericordiam prouocare opor
tet. Contra autem hæc obiicit Ariſtoteles: aſſerēs
ꝙ hæc neceſſitas non neceſſitas: ſed remedium eſt
ad prauitatem iudicis, qui magis audit ea: que ſunt
extra rem: q̄ ea que ſunt ad rem, propterea ſi om
nia hæc præter rem tollantur: in orationibus rhe
toricis exordium ſolum neceſſarium eſt: ut res ſum
matim inſinuetur. Verum quando opus eſt atten
tione propter auditoris uel iudicis prauitatem: ſci
as attentos fieri iudices uel auditores: rebus ma

gulis ſuis: nouis: iocundis: mirabilibus. Contendentes uero faciemus ſi rem paruam: ſi doloris effectiuam: ſi nihil ad eos pertinere dicemus. uerum (ut Ariſtoteles inquit) attentio auditoris uel iudicis omnium orationis partium communis eſt: & in ea magis ubi magis auditores remittuntur: quam in principiis: ideo qui attentionem ſolum in exordiis collocat ridiculus eſt: quando maxime omnes attente audiunt. ideo in omni parte orationis ubi opus erit: dicendum animaduerte quæſo: nam hęc res non eſt magis mea quam ueſtra: uel dicam nobis nouum: uel inauditum crimen: uel rem mirabilem. hoc enim fieri debet cum ad ſomnum auditores deferuntur: uel cum inattenti fiunt: nam: ut dixit prodicus: facere tales attentiones eſt pecunias inter ipſos ſpargere. ſin autem beniuolentia opus eſt: in iudicialibus quidem beneuoli fiunt iudices. Si ab oratoribus mouebuntur ad affectus beneuolentiæ: ut poſtea dicemus. in demonſtratiuis uero facimus auditorem beniuolum ſi ſe ipſum: aut genus ſuum: aut ſtudia ſua collaudari putet: uel alio quouis modo fieri poteſt. Sed de deliberatiuis Ariſtoteles ita ſentit: quod ſimpliciter & per ſe exordio non egent. Sed ſolum per accidens: per ſe quidem non: quia id: de quo oratio habetur: ab omnibus ſcitur: cum ſit de communi utili uel damno. Per accidens uero egent aut ex parte dicentis: aut ex parte aduerſarii: dicentes quidem ad diſſoluendum calumnias aduerſariorum: aut ad extenuanda illa: quæ exiſtimari poſſent contraria his: quæ ipſe dicit:

uel neceſſarium eſt ad calumniandum ſi præceſſerint aduerſarii defenſiones : uel aliquæ communes exiſtimationes de contrario. Et ad amplificandum ſua: ſi præceſſerint aduerſarii extenuationes: uel communes extimationes, de contrario: aut denique exordium neceſſarium eſt ornatus cauſa: nam oratio uidebitur manca: niſi exordium habeat: in quo ſummatim inſinuetur id: de quo oratio habetur: uel in quo aliquid præmittatur: quod ipſam orationem ornet, quam unde gorgiæ laudatio in Elios: fuit manca: quia cum nihil prædixerit: neque commouerit: illico erupit. Elix ciuitas fœlix. Ex his ergo patet ſecundum Ariſtotelem in omni oratione eſſe neceſſarium prohœmium: in quo ſaltem intẽtio inſinuetur: præterquam in breui oratione: in qua patet res: de qua habetur, nam tunc exordium & propoſitio in unum concidunt. Non tamen in omnibus orationibus eadem ratione: quoniam in iudicialibus: & demonſtratiuis inſinuatur finis: & intentio: ut audientes non ſint ſuſpenſi: ſed præſciant qua de re habetur oratio. In deliberatiuis uero inſinuatur: uel aliquid præmittitur: ne oratio uideatur manca ob alias neceſſitates exordia ſolum per accidens: & præter rem: & ponuntur, patet etiam quod tam defendens, quam accuſans exordium faciunt ad inſinuandum. Sed ad alias neceſſitates non eodem modo: accuſans enim calumnias magis in fine & epylogo: defendens calumniarum diſſolutionem in exordio proponit: hæc ab Ariſtotele habemus

nlam error:uel aduerſa fortuna:uel neceſſitudo fu
it:quorum nullum ſcienter uoluntarium eſt: quo
loco uſus eſt ſophocles:quum dixit feciſſe ſe quod
ille dicebat:non ut accuſator dixit:ſed tenere:uel ſe
ciſſe inuitum ſenectute ductus: quæ ſenectus ei
neceſſitudo eſt:non enim uellet ſe annos octuagin
ta natum eſſe. Quartus locus eſt finē pro fine op
ponere:utpote dicēdo ſe feciſſe quidem id:de quo
accuſatur: nocumentum autem accidiſſe: noluit
enim nocere quinimmo dicere debet:ſi ut ſic eue
niret feciſſem:par eſſet odio me haberi. Quintus
locus eſt. Si calumniator in eo crimine: uel nunc:
uel alias deprehenſus eſt:& aut ipſe: aut propin
quorum aliquis:ſi enim accuſatus hoc oſtendere
poterit:ſtatim poterit dicere crimen ipſi impoſi
tum non eſſe iniuſtum:quia ſi eſſet iniuſtum ca
lumniator: uel propinquorum aliquis non feciſ
ſet. Sextus ſi alii in eodem crimine fuerunt de
præhenſi:quos non eſſe reos concedat: uel olim
conceſſerit aduerſatiuis:nam ut de illis:ita eſt ſen
tiendum de reo. uerbi cauſa. ſi qui eſt adulter: eſt
mundus a crimine adulterii:ergo & hic reus:qui ni
hil aliud quam adulterium commiſit. Septimus ſi
calumniator alios calumniatus eſt: qui tamen ex
tra crimen erant. Si enim hoc oſtendere poterit.
habebitur quod calumniator ex more hoc faciat:
non autem quia ita ſit. Octauus locus eſt calum
niari calumniantem. Si enim hoc fiat. dicere po
terit reus:cur cum ipſe parum credat:huius uerba
credantur. hoc loco utebatur quidam ciuium no
ſtrorum:qui de crimine accuſatus quouis: ſtatim

de eodem crimine calumniatorem accuſabat. Nonus ſi iudicium apud alium iudicem aliquando factum eſt: & ad abſolutionem iudicauerit. nam ſi ſemel apud aliquem iudicem abſolutum fuit crimen: apud omnes idem iudicium haberi debet. & ſi iudex non uult iudicare eodem modo: ſuſpectus habendus eſt: & ad eũ iudicem eſt appellandum qui alias crimen huiuſmodi abſoluit. hoc loco uſus eſt Euripides: aduerſus hygionem in antiodoſi: qui Euripidem impietatis accuſauit: quod ſcripſerit peierandum eſſe. cui reſpondit Euripides ſe lingua iuraſſe: mente uero minime. dixitque ſibi iniuriam facere hygionem cum iudicia Dionyſiaci certaminis in forum ducat: nam cum cauſa ſit de periurio: quæ pendet coram Dionyſiaca iudice ibi dicturus eſt cauſam: ſi accuſare uoluerit: & ſic Euripides ad competentem iudicem appellauit. Decimus locus eſt accuſare accuſantem: dicendo quod alia iudicia quærit: quæ tamen non credit eſſe crimina: quia ſi crederet: ipſe illa non faceret. Quo loco uſus eſt Vlyſſes in teucrum. eſt autem hic locus communis accuſanti: & accuſato. uerum nõ multum differt a loco. Vndecimus locus accuſatori proprius: & ẽ reũ parum laudare: ut ſuo loco ex tpe magis uituperet. uñ debet multa bona de ipſo ꝓponere: ut unũ ꝙ ad rẽ ꝑtinet: uituperet. qui enim hoc loco utuntur artificioſiſſimi: atque iniuſtiſſimi ſunt. nã ꝑ res bonas nocere conant̃: cũ malis eas promiſcentes: poteſt hũc locum conuertere defendens: deprauando: quod ad penis aduerſarius accepit. quod uero ad bonum: diſſoluen-

ſatis ſit locum monſtraſſe. Repræhendit autẽ Ariſtoteles quoſdam: qui deriſibiliter narrationem diuiſerunt in propoſitionem replicationem: & argumentorum enumerationem. primo quia narratio ſic diuiſa: non caderet niſi in iudicialibus orationibus non autem in demonſtratiuis & deliberatiuis. præterea nec i iudicialibus hoc pacto cadere uidetur: quoniam enumeratio concedit cum epilogo: replicatio uero cum fide: ut dictum eſt. poſt hæc de exordio dicendum.

Enunciatum. XX

¶ Exordiũ eſt oratiõis initium quaſi preparatio uiæ ad ſequentia: nam in demonſtratiua oratione exordium ex laude uel uituperatione fluit: in deliberatiua uero a conſilio: in iudiciali autem ex his: quæ ad auditorem in omnibus enim his: quicquid uelis: oportet cum ſtatim prædixeris: producere: atq; coniungere. Neceſſitas exordii & inuentum maxime fuit: ut finis ipſe oſtendatur: cuius gratia oratio habetur q̄ ſi finis patet: & res parua ſit; exordio utẽdum non eſt.

¶ Exordium itaq; præludium & præfatio licet eadem ſint: tamen exordium in poeſi dicitur præ

magnum uel paruũ: ſic enim ſciemus amplificare & extenuare: poſſibile uel impoſſibile: futurũ uel non futurum: nam ſic hortari uel dehortari pote/rimus per annexa: factum uel nõ factum: nam ſic accuſare uel defendere poterimus per annexa. Et primo de poſſibile: ſi. n. in deliberationibus qõ eẽt an ſannitis mouendum ſit bellum: dicerentq; non nulli mouendum non eſſe: quia uictoria cõtra eos eſt impoſſibilis. Alii uero dicerent uictoriam eſſe poſſibilem: & propterea mouendum eẽ: hinc Ariſto. xvii. loca tradit: propoſitioneſq; totidem qui/bus de poſſibile ueriſimile colligamus. Primus quidem locus eſt a contrario: cuius propoſitio eſt: Si alicuius contrarium eſſe uel fieri poſſibile ſit: ipm poſſibile profecto eſſe uidebitur. Secundus locus accipitur a ſimili: cuius propoſitio eſt: ſi ſimile ſit poſſibile ſimile illi erit poſſibile. Tertius a difficili: cuius propoſitio eſt: ſi quod difficilius eſt: poſſibile eſt: & quod facilius ẽt. Quartus a ſtudioſo & pulchro: cuius propoſitio ẽ: ſi quid ſtudioſum aut pulchrum ẽ fieri poſſibile: oratio quoq; fieri ẽ poſſibile. ut ſi domus fieri poſſit pulchra domus fieri põt ſi animal fieri poſſit ſtudioſum: animal fieri põt. ẽ enim difficilius fieri pulchram domum q̃ domum. Quintus ab ipſius rei principio: cuius propoſitio ẽ cuius principium ẽ poſſibile: finis ẽ poſſibilis. nihil enim eorum fit: nec incipit fieri: quæ impoſſibilia ſunt: ſicut æquum uolare: nec. n. cæpit nec iam fit unq̃. Sextus locus cont a accipiẽ a fine: cuius ppõſitio ẽ: cuius finis ẽ poſſibilis principiũ ẽ poſſibile: cuncta. n. ex principio ſunt. Septimus a poſteriori

hoc eſt ſignum. Enthymema uero: ut Ariſtoteles inquit: non ex neceſſariis propoſitionibus eſt ſemper: cum hęc raro ad oratoris propoſitum ueniãt: & ſi occurrunt. ſunt ſorte talia: quæ uulgares non capiunt. Debent ergo eſſe ex hiis: quæ ſunt plerũq: nec ex his omnibus: quæ dicent uidentur: ſʒ ex hiis: quæ certa uidentur: aut ipſis iudicibus: aut his quos multi & populares faciunt præſides conſiliis: uel iudiciis: id dico ex quo enthymema eſt. Sic ſit omnibus apparens: quæ præſident: aut plurimis. ergo enthymema eſt ex propoſitione: uel propoſitionibus quæ aut omnibus uidentur: aut his q præſident: & his omnibus: uel plurimis. Verũ Ariſtoteles ſecundo libro rhetoricorum. Sic enthymemata diuiſit: q ſint duę ſpecies. nam quędam q res ſit uel non ſit: approbatiua ſunt: quædam elenchica græce. id latine dicere poſſumus redarguẽdi poteſtatem habentia. Eſt autem approbatum quidem enthymema cum ex conceſſis. uel uerisimilibus colligitur. Elenchicum uero cum colligũtur repugnantia aduerſariis. Hęc pauca de enthymematibus: Poſt hæc de ſententiis dicendum eſt.

Enunciatum III

Sententia eſt enunciatio. De uniuerſalibus agibilibus: quæ ad agendum eligenda uel fugienda ſunt. Quæ eſt duplex: aut quæ eget ratione: aut quæ nihil mirum continens: ſine ratione erit. Quę ra

tione nõ eget: alia: quoniã neceſſario ratione præſciatur: nõ eget: alia ſimul cum dicat: patet peſpicieti. Quæ uero cũ rõne ſunt. aliæ ptes enthymematis ſunt, aliæ uero enthymematicæ quidẽ ſunt: enthymematis aũt pars non ſunt: quæ maxime probantur: quoniã uero ſentẽtiæ rebus nouis ambiguiſq; maximæ accommodantur: Si res illæ nouæ ambiguæq; preter opinionem ſunt: & ratione præpoſita: & ratiõe poſt poſita uti poſſum⁹ ĩpis: qñ uero nõ pter opinionem ſunt: ſunt tñ res incertæ: rotũdiſſime dicent: ſi quãobrẽ præpoſueris.

Nũc de ſnia Ari. loquẽs: definit eã q̧ ſit enũciatio de uniuerſalib⁹ hoc ẽ nõ cõtractis ad pſonas: uel locũ: uel tpś: ut q̃lis qdẽ iphycrates ſit: ſed de uniuerſalib⁹: & qdẽ nõ de oib⁹ ulib⁹: hęc. n. nõ ẽ ſnia rectũ obliquo ɔtractũ ẽ. ſed de ulib⁹: de qbus ſunt opatiões. hoc ẽ de ulib⁹ agibilib⁹: q̃ ulia ad agẽdũ eligẽda uel fugiẽda ſunt. apd uero grãmaticos ſnia multis modis accipit. aliqn. n. p eo: qd aius ſentit: iuxta illud ſaluſtii. nemo ẽ i ciuitate cui nõ liceat libere ſniam ſuã dicere: hoc ẽ pnũciare. qd habet in animo: Aliqñ accipere p iudicato ex lege: ut. M. porti⁹ cato ſumpſit: aliqñ p eo: qd uerba ſcnãt: uñ

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

dicere ſolem⁹: hic etiã obſcure loquitur: ut nulla ex uerbis eius ſententia colligi poſſit. Ariſto. autẽ hic ſententias orationis lumina appellat: pręſertim: q̃ in clauſulis ſunt breuiter collecta: ut obſequiũ amicos: ueritas odiũ parit: unde ꝓprie ſnia ẽ uerbum graue grauiter prolatũ a ſapiente: ut illa biãtis Magiſtratus uirũ oſtẽdit: & illa enchili optimũ eſt menſura: & quoniã ſentẽtia eſt enũciatio de uniuerſalibus agibilibus non imperite dixerunt ſentẽtiã eſſe orationẽ ſumptam de uita: quę aut qd ſit: aut quid eſſe oporteat: breuiter oſtẽdit: ut illa liber is eſt exiſtimãdus: qui nulli turpit adiui ſeruit. De ſentẽtiis Ariſto. diſtinguit: ſed nõ cũ multo ordine: ideo nos dicamus: ꝙ ſnia duplex eſt: aut quæ cũ oratiõe erit aut quæ ſine rõne: cũ rõne erit ſnia quęcũqꝫ eget rõne: ut hęc: oportet prudẽtẽ uirũ nõ nimiũ in ſapiẽtia liberos erudire. Hęc eget rõne. nã ad ocium quod hñt: perniciosam ẽt ſibi hominũ inuidiam attrahũt. & hæc: nõ ẽ q fœlix omnibus in reb⁹ ſit. & nullus hoium liber eſt. rõ uero: qm̃ aut pecuniæ: aut fortunę ſeruit. hæc eget ratione: quoniã eſt cũ rõne. quę ſine rõne erit: eſt: uel qm̃ ratio eius præfertur: ut illud bene ualere præſtantiſſimum hominibus. eſt em̃ ita iam multis uidetur: & nobis etiam uel quoniam ſimul cum dicatur: patet perſpicienti ipſam: ut illa nemo amator eſt: qui nõ ſemp amet: quæ uero ratione eget: alia pars enthymematis ẽ: ut oportet prudentem uirum eſſe. alia uero enthymematica eſt: quoniam eſt enthymema poſitione differens. & hæc maxime probatur: huiuſmodi autem ſunt. in quibus cauſa ineſt: ut illa: iram immor

talem: cum ſis mortalis: non ſerua. Quod enim ira ſeruanda ſemper non ſit: ſententia eſt: adiectū uero illud: cum ſis mortalis: quamobrem ſignificat. huic ſimile eſt: mortalia mortalem: non immortalia curare oportet. Sed quoniam (ut Ariſt. inqt) ſententiæ rebus nouis: ambiguiſq; maxime accommodantur: ſi res illę nouę: ambiguęq; præter opinionē ſunt. ipſis uti poſſumus & prępoſita: & poſtpoſita ratione: ut illa. ego quidem quoniā nec inuidioſum: nec ocioſum eſſe conducit: non oportere doceri aſſero. Poteſt etiam contra hoc propoſito, reliqua poſt ponere: quando uero non pręter opinionem ſunt. Sunt tamen res incertæ: rotundiſſime dicentur. Si quamobrem propoſueris. ut ſi quis dicat: quod ſteſichorus apud locros dixit: nō oportet contumeliatores eſſe: ne cicadæ humo canant. Cicadę quidem humo canent: ſententia eſt. Non oportet contumeliatores eſſe quamobrem eſt ſignificat. hec de ſententiis: at nunc de uſu perſuaſionum dicamus:

Enunciatum IIII

Apologi itaque ad populum maxime accommodati ſunt: Res geſtæ uero ad conſultationes multo utiliores ſunt. Senthymemata uero ad iudicia. Quod ſi enthymemata non habeas: exemplis quaſi demonibus utendum eſt. Si uero ha-

beas, i poratioe poſt enthymemata qſi teſtimoiis. cũ uero pponunt: ſimilia iductionib⁹ ſut iductio aut orationi oratoriæ pter quam in paucis non eſt idonea. poſtpoſita uero teſtimoniis: teſtis autem ubiq; ad fidem utilis. Præterea præponenti multa dicere neceſſe eſt. Poſtponenti uero unum ſufficit. Nam teſtis probus: uel unus ſatiſfacit: in demonſtratione uero: quod honeſte: aut uiriliter geſſerit: ut plurimum Amplificatio fiet: nam res quidẽ ipſæ cum credi debeant: raro niſi cum incredibiles uideantur: ſolent demonſtrari. ſententiæ quoq; quæ maxime probantur: afferunt orationi uires magnas: peruulgatæ etiam atq; communes: ſi utiles ſunt. hæ enim ſi ab ætate prouectis dicantur: maxime congruunt: potiſſimum de rebus: quarum quis habet uſum. conueniuntq; tam in narratione: quam in concertatione. Plurimum enim afficiunt moratamq; orationem reddunt: & in his aut

cum incipias: aut cum demonſtraueris: modo in clauſulis.ut lumina quaſi ſubſiſtē tia non crebræ ponantur.

De uſu perſuaſionum igitur Ariſtoteles in ſecundo libro:& tertio locutus eſt:nam quamquam indifferenter orator omnibus perſuadendi generali in omni dicendi genere uti poſſit:modo accommodate illis utatur:tamē proprie exempla & quæ fabulæ:& quæ parabolæ ſunt: & quæ res geſtæ: deliberatiuis maxime idoneæ ſunt. Apologi quidem ad populum maxime accommodati:res geſtę uero ad conſultationes multo utiliores ſunt:apologi quoque hanc præſtantiam habent quod cum difficile ſit res præteritas ſimiles inuenire: apologos facillimum eſt fingere namq; opus eſt:& fabulas:& parabolas modo poſſis quid ſimile proſpicere quod philoſophia facile præſtat.ergo parabolæ & Apologi maxime accommodati ſunt ad populum:res uero geſtæ ad conſultationes: nam ut plurimum futura præteritis ſimilia ſunt:cum omnia circulo redeant:ſi non numero eadem: ſaltem ſimilia:ut philoſophi ſcribunt.Enthymemata uero ad iudicialia maxime accommodata ſunt: quoniam iudicia cum ſint de præteritis: quæ neceſſitatem habent:eis enthymemata maxime conuenire uidentur:ut diximus.Pręterea in iudicus magis ueritas attenditur:ueritas aūt magis per enthymemata:quam per exempla innoteſcit.uerum ubi enthymemata deſinit:exēplis q̄ſi demōſtratiōib⁹ utē

dum. At ſi defendens uel accuſans utraque habet: ipſis exemplis uti debemus in perorationibus poſt enthymemata quaſi teſtimoniis: nam cum proponuntur ſunt ſimilia inductioni & ideo plura exempla præponēda ſunt. uerum inductio orationi oratoriæ præterquam in paucis non eſt idonea: poſtpoſita uero exempla ſunt ſimilia teſtimōiis: modo teſtis ubiq; ad fidem eſt utilis. & ideo præponenti multa dicere neceſſe eſt: quoniam habent uim inductionis. poſtponenti uero unum ſufficit: nam teſtis probus uel unus ſatiſfacit: & intelligo q; ſatiſfacit: quando præceſſit probatio per enthymemata in demonibus uero: licet omni perſuaſione uti poſſumus: tamen raro autem unq̄ conuenit: nam res ipſe geſtæ raro demonſtrari ſolēt: & non niſi cum incredibiles uidentur. ſupponendo ergo actiones: geſtaq; eius perſonæ: quam laudamus: q; honeſte: & uiriliter ſe geſſerit: amplificatio fiet unde qui laudat aut uituperat: non argumentatur. Sed ſolum: ſi res geſtæ notæ ſint: eas in memoriam breuiter reducere ſatis erit. ueluti ſi Achillem laudes: cuius res geſtas omnes perceperunt. Sed ſi criciam laudaturus ſis: cum geſtæ res ſuæ non omnibus pateant: opus eſt: narrare: & narratas amplificare: ut alio libro diximus. in ſententiis uero: quæ in orationibus perferuntur, primo attendenda eſt perſona: non enim (ut Ariſtoteles inquit) quęuis perſona uti pōt ſententia quis. n. ferat puerum: aut adoleſcentulum: aut etiam ignobilem: ſi iudicet in dicēdo & quodammodo præcipiat. Quare ſententias pronunciandas eſſe arbitratur Ariſtoteles: nō niſi

a uiris.in quibus & auctoritas: & experientia eſt: ut rei pondus etiam perſona confirmet. Attendē dum etiam eſt: quæ qualeſue ſententiæ dicendæ ſint: ideo Ariſtoteles eas laudat: quę ſunt: maxime probatæ.utpotæ quæ enthymematicæ ſunt: non enthymematis partes. hæ enim uires magnas affe runt orationi. laudat etiam permulgatas atq; com munes: ſi utiles ſunt: nam qm cōes ſunt: ut quaſi omnes ita concedāt: recte ſe habere uident: ut hor tanti ad ſubeūda pericula in auſpicato: una ē a me optima pro patria pugnare: & ad occidendos ini micorum liberos nihil iniuriantes: ſtolidus: qui cū patrem occiderit: liberis pepercit. Sētentiæ quoq; dici ſolent maxime in aduerſitatibus in quibus ho mines grauati non niſi permulgata percipiunt: ut illæ cognoſce te ipſum: & nihil nimis. laudantur & quæ de his ſunt: quæ auditores aut paſſi: aut exp te ſunt. ut ſiquis malos filios aut prauos uicios paſ ſus ſit: acceptabit eam: nihil difficilius uicino: aut ni hil ſtultius quam liberos procreare. ſunt uero: ut inquit Quintilianus ſententiæ ut lumina ponen dæ in clauſulis. quaſi perſectantia: nam omnis ſen tentia quaſi finis ſubſiſtit: ideo ſemper, poſt eam aliud eſt initium: & non crebræ debent enim uelut lumina inflammis: aut ſcintillæ inter fumum emi cantes lucere. Præterea earum denſitas obſtat in uicem: in ſatis omnibus fructibuſq; aruorum: non enim creſcere poterunt: niſi interuallis conſtituta ſint. Præterea nec admirationem conſecuntur eminentium: ut planorum gratiam perdunt. non enim poteſt eſſe delectus ubi numero laboratur.

ſiciſcamur:accipiamus primo quod locus ẽ quoddã principium incomplexum enthymematis rhetorici:quod ita ſe habet ad rhetoricam dignitatem : ut terminus ad analyticam poſtulationem. nam : ut Analyticum poſtulatum cognoſcimus quo terminos cognoſcimus:ſic rhetoricam dignitatem uериſimilem eſſe iudicamus cognito loco:æquo accipitur.hanc analyticam poſtulationem omne totum eſt maius ſua parte:cognoſcimus eſſe ueram: cognito quid ipſum totum ſit:quidue ipſa pars. ſi enim totum eſt:quod partem continet: & aliquid ultra:pars uero quæ continetur.ſtatim nobis uerum eſſe uidetur poſtulatum illud omne totum ẽ maius ſua parte:eodẽ modo cognitis quid maius: ſit quidue minus mox nobis uериſimilis uidebitur: ea dignitas:quod non poteſt maius non poteſt minus:& ea:quod poteſt minus poteſt maius. ergo locus ad rhetoricam dignitatem ita ſe habet : ut quaſi principium:quo cognito mox dignitas rhetorica nobis uериſimilis apparet : dicuntur autem propoſitiones iſtæ quæ nobis uериſimiles apparẽt aprehenſis locis ab Ariſtotele propoſitiones. conſiderationes:ab aliis dicũtur dignitates maxime:ac uериſimilia. Maxĩe qdẽ:qa in uериſimilitudine cætera excellũt. dignitates uero:qa ſe ipſis dignæ cõcedi. ꝓpoſitiones uero qm pricipia cæteroꝝ ſunt:& eis non ſunt priora. conſiderationes : quia ſeipſis conſiderabiles:uериſimilia:quia nullis aliis ueriſimilia uidentur loca uero dicuntur capita : principia:& partes ac elementa:loca quidem in quibus ſedẽt:ac firmanẽ ꝓpoſitiões capita uero:e quibus

magnum uel paruũ: ſic enim ſciemus amplificare & extenuare: poſſibile uel impoſſibile: futurũ uel non futurum: nam ſic hortari uel dehortari poterimus per annexa: factum uel nõ factum: nam ſic accuſare uel defendere poterimus per annexa. Et primo de poſſibile: ſi. n. in deliberationibus q̃õ eẽt an ſannitis mouendum ſit bellum: dicerentq́ꝫ: non nulli mouendum non eſſe: quia uictoria cõtra eos eſt impoſſibilis. Alii uero dicerent uictoriam eſſe poſſibilem: & propterea mouendum eẽ: hinc Ariſto. xvii. loca tradit: propoſitioneſq́ꝫ totidem quibus de poſſibile ueriſimile colligamus. Primus quidem locus eſt a contrario: cuius propoſitio eſt: Si alicuius contrarium eſſe uel fieri poſſibile ſit: ipm̃ poſſibile profecto eſſe uidebitur. Secundus locus accipitur a ſimili: cuius propoſitio eſt: ſi ſimile ſit poſſibile ſimile illi erit poſſibile. Tertius a difficili: cuius propoſitio eſt: ſi quod difficilius eſt: poſſibile eſt: & quod facilius ẽt. Quartus a ſtudioſo & pulchro: cuius propoſitio ẽ: ſi quid ſtudioſum aut pulchrum ẽ fieri poſſibile: oratio quoq; fieri ẽ poſſibile. ut ſi domus fieri poſſit pulchra domus fieri põt ſi animal fieri poſſit ſtudioſum: animal fieri põt. ẽ enim difficilius fieri pulchram domum q̃ domum. Quintus ab ipſius rei principio: cuius propoſitio ẽ cuius principium ẽ poſſibile: finis ẽ poſſibilis. nihil enim eorum fit: nec incipit fieri: quæ impoſſibilia ſunt: ſicut æquum uolare: nec. n. cæpit nec iam fit unq̃. Sextus locus cont a accipiť a fine: cuius ppoſitio ẽ: cuius finis ẽ poſſibilis principiũ ẽ poſſibile: cuncta. n. ex principio ſunt. Septimus a poſteriori

ſubſtantia atq; generatione: cuius propoſitio eſt: ſi quod ſubſtantia & generatione poſterius eſt poſſibile fieri eſt: & quod prius poſſibile fieri erit. uelut ſi uirum fieri poſſibile: puerū quoq;: hoc nam q; fit prius: contra etiam ſi puerum fieri eſt poſſibile: & uirum. Principium enim illud. Octauus ab amore & cupidine. Cuius propoſitio eſt. Quorum amor aut cupido ſecundum naturam eſt: ipſum fieri eſt poſſibile. Nemo enim amat impoſſibilia: nec ea cupit. Nonus ab arte & ſcientia: cuius propoſitio eſt: ea: quorū ars & ſcientia eſt: ipſa & eſſe fieri poſſibilę eſt. Decimus a principio generationis: quod in nobis eſt: cuius propoſitio eſt, ea ē fieri poſſibile: quorum generationis principium: aut in nobis eſt: aut in hiis: quos uel cogere poſſimus: uel perſuadere: duo uero ſunt quibus aut meliores ſumus: aut domini: aut amici. Vndecimus a partibus. cuius propoſitio eſt ſi partes ſunt poſſibiles: & totum. Duodecimus contra: cuius propoſitio eſt. Si totū poſſibile & ptes. nā ſi latinia & manicę cęterę q; ptes fieri poſſunt: & ueſtis quoq; tota. cōtra ēt ſi tota ueſtis: latinia quoq; atq; māicæ. Tertiuſdecimus ab ipſo genere: cuius elemētū ē. ſi genus ē poſſibile: ei⁹ ſpecies ē poſſibilis. XIIII. cōtra: cui⁹ ꝑpoſitio ē: ſi ſpēs ē poſſibilis: & gen⁹ ut ſi nauē fieri eſt po︤ſ︥e: triremem ēt: & ſi triremē: nauę quoq;. eſt. n. nauis genus: triremis aūt ſpēs. XV. a ſuo correlatiuo: cuius ꝑpoſitio ē ſi alterū eoꝝ: quę nata ſunt inuicē referri: fieri & eē eſt po︤ſ︥e: alterum quoq;: ut ſi duplum: mediū ēt: & ſi mediū: duplum quoq;. XVI. ab eo quod ſine arte: & præparatiōe

cuius ppoſitio eſt: Si abſq; arte & præparatione ē poſe quippiā fieri: id multo arte ac cura fieri erit poſſibile. Hinc apud agathonē dictū eſt; quæ uos fortuna facitis: hęc nobis arte: neceſſitateq; ſunt. XVII. a peiori: minori: & imprudētiori: cuius propoſitio ē: quod peioribus: aut minoribus: aut iprudētiorib⁹ fieri & eſſe eſt poſe: id cōtrariis horum: multo magis. ut iſocrates dixit graue eſſe: ſi quod enthymius didicit: ipſe nō poterit inuenire. hęc de poſib⁹. De impoſib⁹ uero palā q̄ ex cōtrariis iſtorum ſunt. Poſt hęc de locis: per quæ an factum ſit pbare poterimus.

Enunciatum VI

¶ Si quod minus: Si quod poſterius fieri ſolet ſi uolebat. & poterat. Si uolebat & extraneorū nihil impediebat. Si poterat & cupiebat. Si poterat: & delectabat. Si facturus erat. Si facta ſunt: quæcūq; nata ſunt ante aliquid fieri: aut illius gratia Si ī temptauit. Si facta ſunt: quæcunq; poſterius nata ſunt: uel id cuius gr̄a fuerit.

¶ Aliqd igitur eſſe factū ex locis pbari p̄t. prim⁹ eſt a miori. cui⁹ ppoſitio ē: ſi qd̄ min⁹ fieri natū ē: id factū eſt. & qd̄ magis natū ē fieri: id quoq; factū eſt. Secūdus a poſteriori: cuius ppoſitio ē. ſi quod poſterius fieri ſolet factum eſt: & quod prius fieri ſolet etiam factum eſt. Vt ſi oblitus eſt didicit

aliquando tertius a uelle & poſſe:cuius propoſi‑tio eſt:ſi uolebat:& facere poterat:id fecit.nã om‑nes ſi poſſunt:cum uoluerint:agunt. Nihil enim impedimento eſt:aliter nõ poterat. Quartus a uel‑le cum remotione extranei impedientis:cuius propoſitio eſt. Si uolebat:& nihil extraneorum impe‑diebat:id fecit. Quintus a poſſe cum cupidine:cu‑ius propoſitio ẽ:ſi poterat & facere cupiebat:id fe‑cit. Sextus a poſſe:cum delectatione:cuius propo‑ſitio eſt. ſi poterat:& delectabatur:id fecit:nam q̃‑bus delectantur:ea(ut plurimum ſi poſſunt)effi‑ciunt. Improbi quidem ex intemperãtia:probi ue‑ro:quoniam proba deſiderant. Septimus ab ipſo facturus. Cuius propoſitio eſt. Si facturus erat id fecit. Veriſimile nam q̃ eſt:feciſſe ipſum quod fa‑cturus erat. Octauus a natis fieri prius:cuius pro‑poſitio eſt:ſi facta ſunt:quæcunq̃ nata ſunt: ante aliquid fieri:aut nata ſunt fieri illius gratia; & ip‑ſum factum eſt:ut ſi coruſcauit:tonuit. Nonus a tẽ‑tatione:cuius propoſitio eſt:ſi temptauit facere:ip‑ſum fecit. Decimus deniq̃ a natis fieri poſterius: cuius propoſitio. ſi facta ſunt:quęcunq̃ poſterius nata ſunt fieri:uel factus eſt finis:gratia cuius id fa‑ctum eſt:ipſum quoq̃ factum eſt:ut ſi tonuit:etiã coruſcauit. Animaduerte tamen q̃ horum propo‑ſitionum aliquæ ſunt necæſſariç:ut Ariſtoteles in‑quit:ut.ii.&.x.propoſitiões:aliç uero ſunt ut plu‑rimum ita ſe habentes. prçterea propoſitiões.iii. iiii.v.&.vi.quaſi unam uim ſubeunt. ſecũda etiã & ultima ſimiliter. ex contrariis aũt harum propo‑ſitionũ pt3 ſi factũ nõ ſit poſt hęc de futura dĩm.

¶ Enunciatũ

Enunciatum VII

¶ De futuro quoq; manifeſtum ex eiſdē eſt: nam quod in poteſtate & uoluntate erit, & quod in cupiditate: ira: cogitatio- neq; eſt ſimul cū poteſtate. & quod in ap- petitione faciendi uel cura. & ſi iam facta ſunt quæ potius fieri nata ſunt. & ſi quod huius gratia factum eſt.

¶ De futuro quoq; (ut Ariſt. inqt) p eadē loca: q̄ ſtio terminari pōt. ut a uelle & poſſe: cuius ꝓpoſi tio eſt: quod in poteſtate & uolūtate ē uerisimile ē ipſum fore. Secūdus ab ipſa cupiditate uel ira cum cogitatiōe & poſſe: cuius ꝓpoſitio ē: quod ē in cupi ditate uel ira: cogitatiōeq; ſimul cū poſſe: uerisimile eſt ipſum fore. Tertius ab appetitiōe uel cura: cu- ius ꝓpoſitio eſt: quod in appetitiōe uel cura facien di eſt: uerisimile eſt ipſum fore. nā ut plurimū ſæ- piuſq; fiūt: quæ curæ ſunt: q̄ quę nō ſunt. Quart⁹ a prius natis fieri: cuius ꝓpoſitio ē: ſi facta ſunt q̄ prius fieri nata ſunt. uerisimile ē: ut hoc quoq; fiat ut ſi fundamēta iacta ſunt: fiet domus. De amplifi catiōe aūt & attenuatione rerū: deq; magno & par uo: deq; minore: & maiore dicemus. cū particulari ter de finibus. quibus annectunī: ſermo erit: nunc uero de his hactenus. Poſt hæc de locis enthyme matum dicendum eſt: & primo in deliberationib⁹.

Enunciatum VIII

¶ In deliberationib⁹ igitur Primus locus eſt a cõtrariis: Secũdus uero a ſimilib⁹ caſibus. Terti⁹ ex hiis: quæ ad iuicẽ. Quartus ex eo: quod magis & minus eſt. Quintus a temporis conſideratione. Sextus ex hiis: quæ quiſpiam dixit. i ſeipſis reiectis. Septimus ex definitione. Octauus ex eo quod multipliciter. Nonus ex partitione. Decimus ex iudicato.

¶ Loca & eſta: quib⁹ enthymemata in deliberationib⁹ ſumunẽ ſm Ariſt. x. ſunt. per quæ uenari poſſumus aliqd eẽ bonũ uel utile: aut malũ uel dãnoſum. Primus quidẽ locus eſt a cõtrariis: cuius ꝓpoſitio eſt: ſicut oppoſitũ in oppoſito: & ꝓpoſitũ i propoſito: cõtra etiã ꝓpoſitio uera eſt: ideo negatiua & affirmatiua eſt idonea: ut temperãtia bonũ eſt: qm̃ intẽperãtia malũ. ut in meſeniaca. Si bellũ horũ malorũ cã eſt: p pacẽ hæc emẽdabimus. negatiue ẽt: nã ſi non hiis. qui inniti ꝓfuerũt: iraſci par ẽ nec hiis: qui coacti profuerũt gra eſt habẽda. prçterea ſi hominibus multa falſa ſunt credibilia: hominibus multa uera ſunt incredibilia. Secundus ẽ ex ſimilibus caſib⁹: intelligo per caſum reflexionẽ alicuius dictionis in aduerbiũ. cũ enim aduerbiũ ab illa dictione deriuetẽ: non ab ratione: ſimilis caſus dici poteſt: ut ſi iuſtum non eſt ſemper bonum & iuſte fieri non eſt ſemp bene fieri. Mori. n. qñqꝫ

Iuſtum eſt: non tamẽ ſemp bonum: ꝓpoſitio uero eſt de ſimilibus caſibus eadẽ rõ eſt. Tertius eſt ex hiis: quç ad inuicem: cuius ꝓpoſitio eſt. de mutuo ſibi inuicẽ cõuertentibus eadem eſt rõ: ut ſi inimici iuſte patiuntur: iuſte nos ipſos punimus: contra ẽt negatiue ualet. Amplius ſi imperaſſe iuſtũ eſt: nos feciſſe: quod imperauit iuſtum eſt. ut de publicanis Diomedon publicanorũ princeps. ſi uobis locatur Datia (ut ita loq̃r) turpe nõ ẽ: nec nobis illa ↄdu/cere turpe nõ erit. obiicit ariſt. ↄtra hũc locũ. nã ſi iuſte occiſus eſt: iuſte paſſus eſt: ſed forte nõ abs te. Propterea ſeorſum uidẽdũ eſt. ſi paſſus eſt. pati dignus fuit: & ſi qui fecit: dignus eſt facre: cũ nõ quilibet poteſtatem habeat. iubet tñ Ariſto. hoc loco eſſe utendũ quomõcũq; cõgruit: nã licet aliqñ diſ/ſonet. nihil ꝓhibet in rhetorica: in qua nõ uera: ſed ueriſimilia intendimus: q' aut loco iſto uti poſſim⁹: patet per iudiciũ demoſthenis. & eorum: qui hycanora interemerũt: nã qm iure interfeciſſe iudicati ſunt: iure cæſus iudicatus eſt. & ut de iterfecto thebis de quo iudiciũ fieri uolebat. ſi occidi dign⁹ erat quaſi nõ ſit cõtra ius eũ occidere: qui iure cæſus ẽ. Tertius accipit̃ ex eo: q̃d eſt magis & min⁹: & hoc negatiue: uel minus & magis: & hoc affirmatiue. eſt aũt ꝓpoſitio: ſi cui magis ineſſe d̃beret: nõ ineſt nec cui min⁹: & ſi cui min⁹ ut̃ ieẽ ineſt: cui magis ut̃ inierit. ut ſi dii q̃dẽ oẽs neſciũt: quonã pacto hoĩes ſciẽt. ꝑterea: ſi pater uerberauit: ergo & uicinos uerberabit. Prçterea dictum eſt: tuus pater cum libe/ros amiſerit. miſerabilis eſt. ergo oeneus miſerabilis eſt qui filium amiſit totius Grætiç præclariſ/

ſimum argumentum eſt a minori ad m aius: quia ſi ille filios nullius ualoris annectens fuit miſerabilis: quãto magis oeneus annectẽs prçclariſſimũ filius miſerabilis eſſe debet. Prçterea ſi Theſeus nulli fecit iniuriã: ergo nec Alexãder aliquẽ iniuriat⁹ erit: q eſt Theſeo maior. Sic ſi nec Tindarides aliquẽ iniuriatus eſt: nec Alexãder: qui tindaride maior ẽ. Amplius ſi hector interfecit patroclum: Achilles hectorẽ interficere poterat: cum Achilles ſit longe Hectore maior q̃ Hector patroclo. Rurſus ſi cæteri artifices praui non ſunt: ergo nec philoſophi q moratiores eſſe debent artificibus. Inſuper ſi duces praui non ſunt: quia ſæpe mẽtiuntur: nec ſophiſtç (qui minores ſunt) praui eſſe debent, quia ipſi mentiant̃. Ad hçc ſi oportet priuatos hr̃e curam urç exiſtimationis: & nos oportet hr̃e curam exiſtimationis grçcorum: qui ſunt maiores. ex his patet locus & ꝓpoſi°io. Quintus ex tẽporis cõſideratione. Propoſitio uero eſt, ſi antecedẽtia non antecedũt: cõſequẽtia non cõſequũtur. Si em̃ anteq̃ regi ſeruirem⁹. nihil nobis promiſit: poſtq̃ ſeruierimus nihil nobis dabit. contra etiã ſi antecedentia antecedũt: conſequẽtia conſequent̃: iphicrates pro harmodio: ſi harmodius peteret: ut ſibi ſtatuta fieret: ſi faceret aliqd dignũ honore ſtatuç. & anteq̃ faciat: promiſeritis ei facere ſtatuam: nunc cum fecerit: non dabitis: certum eſt ꝙ ſic. Nam ſi antecedens antecedit: conſequẽs debet ſeq. Sextus ex ſis quæ quiſpiã dixit in ſeipſum reiectis: hoc eſt a conſideratione pſonaꝝ. cuius ꝓpoſitio ẽ ſi quod turpiter fit: a uiliori pſona remouet̃: a digniori remo-

uetur:ut iphicrates i Teucro aduerſus Ariſtephōta fecit. Nam cum Ariſtophen ſi prodere naues pecunia rogatus negaſſet:intulit deinde:tu qui ariſtophon es:nō pdidiſſes:ego uero q ſum iphicrates pſona excellentior prodidiſſem:quaſi dicat nō. Septimus ex definitiōe cuius ppoſitio eſt:cui competit definitio:ei cōpetit definitum:& a quo remouetur:ab eo remouetꝰ definitum. ut ſi dicas dęmoniū nihil eſt aliud niſi deus:aut dei opꝰ:ergo ſi quis putat dei opus eſſe:neceſſe eſt hunc putare deum eē. Fuit enim iſocratis argumētū. Octauus accipitur ex eo qd multipliciter:hoc ē ex genere:cuius propoſitio eſt a quo remouetur genus ab eo remouetur quod ſub illo genere continetur: ut ſi Alexander nō fuit fortis:non expoſuit ſe periculis pro patria. Nonus ex partitione:ppoſitio eſt:quod de ſingularibus per inductionem eſt uerum:uniuerſaliter de uniuerſali eſt uerum:Hęc.n. eſt uera mulieres ubiq; de liberis uere diſcernūt. nam Athenis mantiae oratori ambigēti de filio. Mater aſſeruit: Thebis iſminia & ſtilbaon ambigentibꝰ:dodonis quę erat mater iſminię filium eſſe cōfirmauit:& iccirco theſſali eum iſminię filium putarūt. Prętera ex theodeti lege:qui de alienis equis paruam curā habuerunt:hiis ſuos non tradunt:neq; iis. qui naues alienas euerterunt: aliquis tradit ſuam: ſi ergo id ita in omnibus fit. hiis ēt qui aliorum ſalutem neglexerunt in cuſtodiam ſui utendum non eſt. Ampliꝰ ut Alcydamas:omnes inquit quomodocunq; ſapientes honorant. Nam pari Archilocum:quamquā ſcos uituperaſſet: honorarunt. & chii Homerum

quamquam ciuis ſuus non eſſet. & Mithilenæi Sapho: quamuis fœmina fuerit. Et lacedæmonii quã quam minime philoſophorum ſtudioſi ſunt: Chilone tamen ex ſenibus fecerunt. Itali quoq; pythagoram. lampſacæni uero Anaxagoram: & ſi peregrinus eſſet: magnifice tamen ſepelierũt: & ad hũc uſque diem uenerantur. Athenienſes etiam quouſq; ſolonis legibus utebantur. Beati fuerunt. Et lacedæmonii ligurgi legibus uſi. Thebis quoq; qui præfuerunt philoſophi erant: & ciuitas erat in fœlicitate. omnes ergo iſtæ inductiones ſunt: quibus licet orator: raro utatur: Ariſtoteles poſuit quia aliquando utitur. Decimus locus accipitur ex iudicato: aut eodem aut ſimili aut contrario cuius propoſitio eſt ſtandum eſt ei quod omnes & ſemper: aut ſaltem plurimi: aut ſapientes: & hi uel omnes: uel clariores bonum eſſe iudicant: aut etiam ſi ipſi iudices: uel qui ipſis grati ſunt: uel hi aduerſus quos iudicare nõ poſſunt: ut domini: uel aduerſus quos iudicare turpe ſit: ut dii: pater: doctor dico ſtandũ eſſe ei: uel illi: quod eſt ei ſimile: uel non ſtandum ei: quod eſt iudicato contrarium: ueluti Antocles dixit in Maximidam ſi furiis: quæ ſunt deæ ſufficit pœnas in areopago dare. Maximidæ uero minime. Aut ſicuti Sappho malum eſſe mortem: dii namque niſi ſic iudicaſſent: morerentur. Egeſippus quoque oraculo prius in Olympo uſus: Delphis poſtea quærebat ab Apolline ſi quæ patri: eadem quoq; ſibi uideatur. quaſi turpe ſit contradicere. Iſocrates et De Helena ſcribit: Pulcherrimam fuiſſe ſi quidem Theſeus ita iudicauit. & de

Alexandro quem dii præpoſuerunt. Euagoram quoque uirtute præclarum fuiſſe: quod Cœnon cum in calamitatem inciderit: relictis cæteris, euagoram ſolum petiit. Hæc de propoſitionibus: & locis: quibus utimur in deliberationibus: quę non ita deliberationibus accommodantur: quin iudiciis: & aliis accommodari poſſint: ſed quoniam commodius deliberationibus competunt. poſt hæc de locis laudis uel uituperationibus: quibus in demõib⁹ potius utimur dicendum eſt.

Enunciatum IX.

¶ In demõibus uero. Primus locus eſt a ptibus. Secũdus a cõſequẽtib⁹ cũ oppoſitiõe. Tertius qm̃ nõ eadem occulte: atq; aperte laudãt. Quartus quoniam ita ex proportione cõueniat. Quintus a conſequenti. Sextus ex eo quod non idem ab eiſdem ſemper eligitur: ſed oppoſitum prius aut poſterius. Septimus ſi cui⁹ gratia id factũ non ſit: huius gratia eſſe ac fuiſſe dicere.

¶ De locis laudis uel uituperationis illud animaduertendũ ẽ eũ q laudat uel uituperat (ut ſupius diximus) nõ pbare: nã res qdẽ ipſę p quas laudamus credi dñt: raroq; demõſtrari ſolẽt: niſi eẽnt icredibiles: propterea aut loca ac elemẽta laudũ inducim⁹ aut q honeſte aut uiriliter geſſerit: ut plurimum: amplificamus. Quare Ariſtote. loca atq; elemẽta

e quibus laudare uel uituperare poſſumus: affert:
& propoſitiones non conſtituit: fruſtra enim pro/
poſitiones ſunt. Si non ſint enthymemata: cum igi
tur laudans uel uituperans enthymematibus non
utatur: ſatis nobis ſit loca ac elemẽta colligere: qui/
bus laudare perſonam aut quamuis aliam rem po
terimus. uerum (ut Ariſtoteles inquit) in tertio li/
bro magnorum rhetoricorum laus rerum geſtarũ
eſt: quæ uero extra res geſtas ſunt: ut nobilitas ac
educatio: ad faciendam fidem adhibentur: ueriſi/
mile namq́ eſt probum ex probis: & bene educa/
tum in bonum uirum euaſiſſe hinc fit: ut his locis:
elementiſq́ quæ Ariſtoteles hic attulit: etiam loca
addantur: quæ ſumuntur extra res geſtas: ſed quo
niam de his dicemus poſtea loca Ariſtotelis affera
mus. ſunt enim numero. vii. Primus quidem eſt a
partibus hoc eſt a particularibus geſtis. Dictum ẽ
enim in. iii. topicorum: qđ ſi anima unius hominis
eſt immortalis: omnis anima eſt: immortalis: eodẽ
modo aliquem laudare poſſumus in oībus actibus
ſimilibus: ſi in uno pticulari bene: & uiriliter ſe geſ/
ſerit. exẽplum uero hoc ſit ex ſocrate Theodecti:
ꝙ ille ſacrum nõ pie coluit: qm̃ ſemel deos deſpexit
quos ciuitas deos eẽ arbitraret̃. ecce ꝙ uno particu
lari actu uituperabatur. Secũdus ex cõſequẽtibus
cum oppoſitione uel cõtrarietate poſſumus. n. lau
dare erud tionẽ: & uituperare quidem: quatenus
ipſam ſequit̃ malũ. ſ. inuidia. quatenus uero ẽ ſapiẽ
tia quam cõſequit̃ bonus: poſſumus laudare & ſic
poſſum dicere: ꝙ non oportet erudiri: ne hẽamus
inuidos: & poſſumus dicere oportet erudiri: quia

oportet ſapientem eē. eſt ergo. Secūdus locus laudandi uel uituperādi a conſequentibus fuit aūt hic locus totū calippi Artificium: hoc loco quędam ſacerdos filium ad populum orōnem hr̄e uetabat: nā ſi iniuſta ſuades inquit. dii: ſi uero iuſta hoies tè odio habebūt. cōuei tiī loc⁹: ſi. n. iniuſta hoies ſin uero iuſta dicā. dii me amabūt. iii. locus ē: qm̄ non eadē occulte & apte te laudāt: qui. n. ita agit: uituperādus eſt: qm̄ non concordāt: iis: quæ prædicat: ea: quæ facit. nam apte qdem: quæ iuſta ſunt: atq́ honeſta maxime laudāt: occulte aūt malūt: q̄ cōferunt. iiii. qm̄ ita ex ꝓportione conueniat. laudare. n. poſſumus aliquem: qa egit aliquid: q ꝓportionabiliter ſe habet ad aliquod laudabile: poſſumus. n. laudare patrem familias: qa egit i domo honeſta ſicut rex in regno. uſus eſt hoc loco Iphicrates: cum cenſores filium eius puer℞ adhuc ætate (quoniam ſtatura longus erat) ciuitatis onera ferre cogerent ſi longos ex pueris uiros putabunt: breues ex uiris pueros eē ꝑfecto cenſebunt. Et theodectes in lege cū tributa pendētes: ueluti ſtrabaca: & charidemū propter probitatem ciues facitis: cur non expelletis eos ex ciuitate: qui in tributarios nefanda cōmiſerunt: oīa hæc ex proportione ſunt. Quintus a cōſequenti: utpote quando idem eſt: quod utraq́ ſequitur. poſſumus enim uituperař: ut xenophanes dicebat: & eos: qui Deos aſſerebant factos: & eos: qui Deos affirmarent morituros: quia ad utraque hæc ſequitur: Deos aliquando non eſſe: quod impium eſt. Sextus ex eo quod non idem ab eiſdem ſcilicet cauſis ſemper elligere: ſed oppoſitum prius

uel poſterius: ut ſi uno tempore maneret: ut pugnaret: & hoc quoniam erat bene pugnare: alio tempore terga dat: quia non erat bene pugnare. hic. n. ex his diuerſis actibus laudari poteſt: quia hęc egit diuerſis cauſis. Septimus ſi cuius gratia id factum non ſit: huius gratia eſſe ac fuiſſe dicere. poteſt enĩ quis laudari a fine gratia cuius agit: & uituperari. Si enim intentio eſt bona, laudabiť: ſi mala: uituperabitur, unde illud dictum eſt multis non ex beneuolentia Deus ingentes præſtat proſperitates: uerum ut nobiliores ſuæ fiant calamitates. & illud antiphontis ex meleagro non ut feram occiderent: ſed ut de uirtute teſtes Meleagro ad Græciam eſſent: cur mala quis facere poteſt. uniuerſam: & Theodecti ex aiace quod Diomedes non ut honoraret elegit Vlyxem: ſed ut minor eſſet: ac ſe quęretur. hæc de locis: & elementis: e quibus laudare; aut uituperare poſſumus. Poſt hæc de locis: & propoſitionibus Enthymematum in iudicialibus dicendum.

Enunciatum XI.

¶ Primus ergo locus in iudicialibus eſt: ut ſuaſoria: & diſſuaſoria conſideres: ut ea quorum gratia uel agunt uel fugiunt. Secundus ex his quæ fieri quidem uidentur; incredibilia tamen ſunt. Tertius

elenditicus: quo/repugnantia conſideratur. Quartus cum res: aut homines ſuſpecta ſint uel uideantur: cauſam eius afferre. Quintus a cauſa ſi eſt: quod ſit: ſi non eſt. quod non ſit. Sextus conſiderare ſi poſſibile erat: aut eſt melius quam conſulit. Septimus conſiderare ſi quid factis contrarium facturi ſint. Octauus a perperam factis. Nonus a nomine.

Primus ergo locus ē ex ſuaſoriis: & diſſuaſoriis: nam defendūt quidem ex diſſuaſoriis: accuſant uero ex ſuaſoriis. propoſitio uero eſt cum diſſuaſoria adſunt: ueriſimile eſt non feciſſe: cum uero adſunt ſuaſoria: ueriſimile eſt feciſſe. ſuaſoria ſunt. ſi poſſibile. Si utile. Si facile: aut ſibi. aut amicis. Si nocuū inimicis. Si iactura ſit emolumento minor. Hæc ſuaſoria ſunt: quæ ſi inſunt: ueriſimile eſt egiſſe. contraria his diſſuaſoria ſunt: quæ ſi inſunt. ueriſimile eſt non egiſſe. eſt autem hic locus Pamphili atque Calippi ars uniuerſa. Secundus locus accipitur ab incredibilibus: cuius propoſitio eſt ſi unum incredibile eſt uerum. Alterum ueriſimile eſt eſſe uerum. ut Androculi Pitheo leges reprehendenti exhibuerunt: quoniam dixit leges opus eſſe legibus: quæ ipſas corrigant. defendit autem ſe p illud ꝙ uī incredibile: & ē uerū & ſale opus ē pī ꝑcib9 nō. n. ꝓbabile nec credibile uī: cū i mari enu

triantur: falſũ egere. Præterea oliuaceis ferculis quæ fiebant in græcia: opus eſt olei: quamuis non credibile oleo ea egere. ex quibus oleum gignitur: eodem modo accuſatus defendere ſe poteſt: ꝙ licet uideatur incredibile non feciſſe: tamen reuera nõ fecit: quia multa incredibiliora illo ſunt uera. Tertius locus a repugnantibus: cuius rei propoſitio eſt cuius uerba uerbis: uel facta uerbis repugnãt: eius dictum nullũ eſt. ē aũt hic locus defendẽti & accuſanti cõis. ſiqs. n. dicat uos amare: q̄ cum triginta uiris cõiurauit: hoc dictũ friuolum ē. Quartus cum res aut hoies ſuſpecti ſint uel uideant: optimus locus ē eius afferre cãm: qđ ſuſpitionē facit: ꝓpoſitio uero ē: poſita cã eius: qđ ſuſpitionē facit: ueriſimile eſt ſuſpitionē refelli. ut cũ reprehẽderetur quædam de filio ꝙ obſculabatur illum: nam impudica eſſe uidebatur: cauſa dicta ſoluit ſuſpitionem: dixit enim obſculari amore materno. Quintus a cã ſi ē: ꝙ ſit: ſi non eſt quod non ſit: propoſitio ſi cã alicuius eſt: illud eſt: ſi cauſa uero eius non eſt: illud non eſt. nam cã & id: cuius eſt cauſa ſimul ſunt: & abſq; cã nihil eſt. ut leodamas ſe defendens accuſante traſybulo: dixit quod in arce quidem conſtitutus eſſet ſed erumpere triginta uirorum tempore iutile fuiſſet: ſibi enim magis ꝑ odium ĩ plebem ſuſceptum triginta uiri crederent. Sextus eſt cõſiderare ſi poſſibile erat: aut eſt melius q̄ conſulit: cuius propoſitio eſt: ueriſimile eſt quemlibet meliora eligere: ſi meliora cognoſcit. ſi enim accuſatus oſtendere poteſt: quod cognouit ſe melius agere potuiſſe quam illud ſit: quod ipſi imponitur: defenditur: uel ſimi

liter. Septimus eſt conſiderare ſi quid factis, con/
trarium facturi ſint:propoſitio uero eſt: accuſatio
quæ implicat contraria:nulla eſt. ut xenophanes
lugentibus eleatis & regantibus an Matutæ ſacri/
ficarent conſulebat:ſi deam putarent:ne lugerent
ſin hominem:ne ipſi ſacrificarent. Octauus:a per
peram factis:propoſitio uero eſt:ſi unum perpe/
ram fecit:ueriſimile eſt aliud non perperam feciſſe
ut in medea Carciui:hi quidem accuſant: quod fi/
lios Medea interemerit:quoniam non apparent:
errauit enim medea emiſſione filiorum: hæc au/
tem ſe defendit:quod non filios:ſed Iaſonem inter
fecit:utebatur hoc loco Theodorus. Nonus uero
a nomine unde propoſitio eſt:ueriſimile eſt perſo/
nam agere pro ratione ſui nominis: præſertim cũ
nomine a geſtis imponitur. ut in polum:quod ſem
per polus es:& de Dracone legum latore:quod le/
ges illæ non hominis eſſent: ſed Draconis: erant
enim duræ. & apud Euripidem hecuba in Vene/
rem:nomen quoq; recte inditum:dea enĩ es amẽ
tiæ præfecta. Et cheremon pontheus a futura ca/
lamitate appellatus. hæc de locis enthymematum
circa quæ animaduerſione dignum:,ut primo li/
bro diximus:quod ex enthymematibus laudantur
elenchica hoc eſt redarguitiua magis quam demõ/
ſtratiua:quoniam rationes ad hominem iocundio
res ſunt in iudicialibus:in quibus quæritur uicto/
ria. Præterea audientes ſtatim cum cœperit perci/
piunt. ipſi enim ſecum gaudent:quod præuiderint
hæc de locis. Poſt hæc de generibus dicendi diſſe
rendum eſt.

¶ Tria igitur ſunt dicẽdi gña:deliberatiuum:iudiciale:demonſtratiuũ.Eſt autem deliberatiuæ oratiõis : aliud ſuaſio:aliud diſſuaſio:nam ſemper & qui primatim cõſulunt:& qui publicæ coronantur:horum alterum agrediũtur.iudicialis:aliud accuſatio:aliud defenſio.horum enim alterutrum occupant litigantes .Demonſtratiuæ:aliud laus:aliud uituperatio. Horũ autem unicuiq; tempus accommodatur :cõſulenti futurum.De futuris enim conſulit/aut ſuadens:aut diſſuadens.litiganti præteritum.Nam de præteritis ſemper alius accuſat:alius defendit.Demonſtranti autem præcipue præſens.nam oẽs ſecundũ ea quæ præſentia ſunt:laudant aut uitupe rant.ſed utunť ẽt ad hæc plærunq; præteritis:in memoriã illa reducentes : futuris quoq; de eis coniicientes.unicuiq; etiam horũ finis ẽt aliuseſt,conſulenti utile:aut contra.nã qui ſuadet quaſi ad melius hor

tatur. Qui autem diſſuadet: a peiore de-hortatur. Cæteri uero: aut iuſtum: aut in-ſtum: honeſtum uel turpe ad hæc aſſumũt litiganti iuſtum aut iniuſtum. cætera uero ad hæc ẽt aſſumit. laudãti: aut uituperãti: honeſtũ uel tur pe: ſed hii quoq; ad hæc: cætera ræferunt.

¶ Tria eſſe gña corũ in quibus orator dicit Ari. autumat. dicit. n. aut in deliberationib9: aut in de-mõſtrationib9: aut in iudicialib9 ẽt hęc tria orõnũ facit: nã alia ẽ orõ deliberat ua: qua orator utit̃ in deliberatiõib9 alia demõſtratiua: qua utit̃ in laude uel uituperatiõe: alia iudicialis: qua utit̃ i iudiciali-bus. ꝙ uero tria ſint dicẽdi gña. Ariſt. ꝓbat ex pte eius ad quẽ dicit. orõ. n. ex trib9 cõſtituit̃. Ex eo q dicit: q eſt orator ipſe: de quo dicit. qđ eſt materia. de qua orõ hr̃. & ad quẽ: hoc eſt ad auditorẽ: par-tes quẽ etiã finis eſt. nõ. n. orator dicit: niſi ut per ſuadeat audiẽti: ergo finis orõnis eſt auditor gr̃a cu ius hr̃ orõ: & qm̃ a fine eſt dr̃a: denominatio: & di ſtinctio: hinc tria ſunt dicẽdi gña: tria quoq; orõnũ quoniã triplex eſt auditor ipſe cuius gratia oratio habetur: ẽ. n. ſpectator: qui iudicat de facultate: & uirtute eius rei: quæ laudatur eſt iudex: qui iudicat de præteritis: de quibus lis eſt. eſt ſenator: qui iudi cat de futuris: de quibus deliberatiua oratio habe tur: qui iudicat de uirtute ac facultate: ſpectator dr̃ qm̃ eius proprium eſt ſolum uirtutes rei laudatę:

uel uitia ſpectare. Auditor enim in demonſtratiuis uo
tum nõ præbet oratori:ſed aures(ut illas uirtutes
ſpeculetur:præſtat.)ſænator uero & iudex uotũ
& aures. ideo ab Ariſtotele ſenator iudex dicitur
etiam:licet iudex ſit non præteritorum:ſed futuro
rum:differunt autem hæc tria dicendi genera. Pri
mo quidem actionibus:nam deliberatiuę oratiõis
aliud ſuaſio. aliud diſſuaſio eſt. & enim ſemper &
qui priuatim alicui perſonæ conſulunt & qui pu-
blice concionantur:aut ſuadet:aut diſſuadet. iudi-
cialis uero:aliud accuſatio:aliud defenſio:qui enim
litigat:ſemper aut accuſat:aut defendit. Demon-
ſtratiuę denique:aliud laus:aliud uituperatio : q.n.
uirtutes uel uitia demonſtrat : neceſſario laudat.
aut uituperat:hęc de actionibus. Secundo etiam
differunt temporibus:nam unicuique horum pro-
prium tempus accommodatur . conſulenti quidẽ
futurum. De futuris enim conſuluit: aut ſuadens:
aut diſſuadens. ut utrum permittendus ſit Darius
inuadere ęgyptum. litiganti pręteritum:nam de p̃
teritis ſemper alius accuſat:alius defendit. Sunt. n.
quattuor queſtiones de quibus litigant:ſi ſit factũ:
dato q ſit factum:ſecunda eſt:ſi obfuit. Tertia da
to q obfuit:ſi tantum obfuit:ut dicitur. & dato q
tantum. Quarta eſt:ſi iure tantum obfuit. Cõſtat
autem omnes has queſtiones:de quibus accuſant.
aut defendunt:eſſe pręteritis. Demonſtranti autẽ
pręcipuæ tempus pręſens accommodatur. nã om
nes ſemper ſecundum ea:que pręſentia ſunt lau-
dant:aut uituperant:ſed utuntur ad hæc plærũque
præteritis:in memoriam illa reducẽtes:& hic redũ-
tur

tur ea ad p̄ſẽs. Preterea utunt̃ futuris de eis cõſil-cietes. Laudamus.n.aliqñ aliquẽ ſperãtes eũ in optimũ uirũ euaſurũ.ergo utimur p̄teritis reducẽdo illa ad p̄ſens:futuris uero p p̄nũa bñ ſperãtes. hęc de tẽporib⁹. Tertio differũt fine:ſiquidẽ uniſcuiq; horũ finis alius ẽ. Conſulẽti quidem utile:aut dãnoſum.nã qui ſuadet quaſi ad melius hortatur. Hortat̃.n.ipſe cõſulens a meliori & utiliori ut a fine.qui uero diſſuadet:dehortat̃ a peiori:ut a fine. hõeſtũ uero uel turpe ad hęc aſſumũt. Qui.n.ſuadet ab honeſto:hoc facit.quatenus honeſtũ aliquãdo ẽ bonũ & utile:qui diſſuadet a turpi: hoc facit: qm̃ turpe aliqñ dãnoſum eſt. Amplius ad hæc aſſumũt iuſtum & iniuſtũ:nã qui ſuadet a iuſto:hoc facit:quia iuſtũ aliquãdo eſt utile & bonũ:qui uero diſſuadet ab iniuſto.hoc facit:quia aliquãdo iniuſtũ eſt malũ:& dãnoſum.ergo cõſulẽs loco a fine ſemp argumẽtat̃ a bono uel malo.litigãti uero finis eſt iuſtum uel iniuſtũ:qm̃ ſemper argumẽtat̃ ab iniuſto uel iuſto.ut a fine.cætera uero ad hæc etiam aſſumit:nam ſi litigans argumentat̃ a bono uel honeſto:hoc facit:quatenus bonũ:& honeſtũ aliquãdo ſunt iuſta:Si a malo uel turpi: hoc agit qa hæc aliqñ ſunt iniuſta.laudãti aut uituperanti finis eſt honeſtum uel turpe.& hii quoq; ad hæc cætera reducunt:laudans enim ſi laudat a iuſto uel bono.facit:quo hæc honeſta aliquando ſunt ſi uituperat a malo & iniuſto:hoc facit:quo hæc turpia ſunt aliquando. Quod ita ſit Ariſtoteles probauit ſigno: quoniam unuſquiſq; alia pretermittit:nullus tamẽ finem ſuum prætermittit:litigans enim prætermit

tit an factum obfuerit uel ne:an honeſtum uel tur-pe:nunq̃ tamen pretermittit an iuſtum:quia ſi hoc ꝑtermitteret ceſſaret lis. ergo litigãs ut finẽ a quo argumentatur:ſemper intendit iuſtum uel iniuſtũ: an uero bonum uel malum:an honeſtum uel tur-pe non curans. Similiter qui conſulunt:cætera ſæpe concedũt:ut ꝙ iniuſta: & turpia.at ꝙ ad inutilia hortentur:aut ab utilibus dehortentur:nunq̃ concedant. Non enim curant utrum iuſtum ſit finiti-mos:ac eos:qui non iniuriantur ſeruitute præme-re:modo ſit utile. Similiter & qui laudant:aut uitu-perant:non animaduertunt:utrum utilia geſſit.an contra:ſed ſæpius etiam laudi dant:quoniam ut ꝑclare gereret:parui propriam duxit utilitatem.laudant enim achillem ꝙ patrocli ſodalis ultionem ſuſceperit: cum ſciret parum ſe hac de cauſa uictu-rum:cui mors huiuſmodi pulchrior.uita uero utilis fuit. Differunt ergo hæc dicendi genera finib⁹: ſed uidetur ꝙ non:tria tantum ſunt genera dicẽdi: in quibus orator dicere poteſt. Primo quidem:qa orator ſæpe ſuadet priuatæ perſonę ad bene bea-te ꝗ uiuẽdũ. conſtat autẽ priuatã ꝑſonã:nec eẽ iu-dicẽ:nec ſenatorẽ:nec ſpectatorẽ. ergo hæc oratio erit in alio dicendi gñe ab illis:quæ Ariſto. enume-rauit. Preterea rhetoricus diſputat:an uoluptas ſit ſummum bonum:qui enim diſputat an uoluptas ſit ſummum bonum:non diſputat:niſi ſeruando ꝑcepta rhetorica. Igitur rhetoricæ Moralis illã queſtionem definit. Prætera Ariſtoteles in morali-bus cum agit de uirtutib⁹:ut de liberalitate: ſeruat ordinem rhetoricum:nam primo premittit inten-

tionem capituli:ut qui uelit agere de liberalitate. & hoc eſt prohemium. Secundo agit exequendo & ponendo propoſitiones:& hæc eſt narratio. poſtea probat:aut primo confutando:ſi ſint.qui:cõtraria ſenſerint:& poſtea ſua probando:aut ſi non ſunt:qui contraria ſenſerint.probat.& ſic habetur probatio demũ omnibus narratis & probatis epilogat.ergo adeſt epilogus. Ergo omne capitulũ ẽ una rhetorica oratio. Simili rõne procedit in ſingulis capitulis.in quibus agitur de unaquaq; uirtute.mõ:ut patet talẽ dicẽdi ordinẽ Ariſt.i libris moralib⁹ non ſeruat ex p̃ceptis narratis in logica:q̃m dialetica nõ agit de ordine ptiũ orõnis:ergo aut temere illa p̃cepta ſeruat:aut ex arte:& cũ nõ uideat̃ temere eũ ordinẽ ſeruare:ergo ex arte & cũ nõ ex dialetica:ergo ex rhetorica.igit̃ rhetoricę orões nõ t̃m ſunt in tribus generibus dicendi. Preterea Ariſtoteles i libris de aĩa premittit Prohęmium : ergo ex rhetorica loquit̃.unde uideret̃ rhetor ſatis mãcus. Si non niſi in tribus generibus dicere poſſet. Rurſus non ne poteſt fieri miſtum genus ex tribus uel duobus generibus dicendi. Poſſumus eñ perſuadere ciuibus finitimos eſſe ſeruitute pręmẽdos quia iuſtum:ut ſi eſſent inimici:quia utile:ut ſi eorum poſſeſſionem conſequeremur:quia honeſtũ: ut quoniam honeſtum eſt amicos a ſeruitute liberare:honeſtum eſt inimicos ſeruitute præmere. At ubi omnibus mediis finitimos ſeruitute eſſe præmendos probabimus.orationem miſtam ex omnibus dicẽdi generib⁹ faciemus:utimur.n.locis a ſingulis orõnũ finibus. Aĩaduertẽdũ ergo Apud nos

multum intereſſe oratorē dicere: ab eo: qui ex arte oratoria dicit: orator dicit ſolum in tribus generibus: ſiue in tribus cauſis. Oratorię dicit: quicunq; in ſua materia ſeruat in dicendo ordinem rhetoricum. & ſic moralis: phyſicus: medicus & quicūq; dicit in aliqua materia ſuo generi propria ex arte oratoria dicit. uerbi cā: ſi Ariſto. agit de iuſticia: ſeruat hunc ordinē: nā intentionē eorum ſummatim inſinuat: de quibus eſt dicturus: ubi ſi aderunt: qui contraria ueritati dixerint: et quidem per bona argumenta: inſinuata intentiōe: diſſolutionem eorū aggredit ponēdo & refutando: quæcunq; illi dixerunt: & hęc omnia intelligunt de exordio: ut enim dictum eſt libro primo: qui ſecundus dicit: poſt aduerſarios oppoſitæ ſentientes & argumenta ad ea quæ dicunt afferētes diſſolutionem in exordio ponere debet: his factis. Secūdo loco accedit ad narrationem: quā eo ordine ꝓſequitur: ut docuit tertio libro. ſ. non totam ſimul. Sed partiendo miſcēdoq; cōfirmationē ꝓpriā cuilibet pti: ubi ſi uideret his factis poſſe uenire poſteriores aduerſarios. q contra opponere poſſent: tacitis eorum obiectionibus reſpondet: illas refutando. facit nonnūquā collationem conferendo ſua cum illis aduerſariorꝫ quorum diſſolutio præceſſit in exordio. Quā collationē aliquādo in epilogo: aliqn̄ poſt narrationē & cōfirmationē collocat. rurſus nōnūq̄ replicationē facit eorū: que dixit ɔtra aduerſarios: quā collocat poſt ſuā narrationem: & cōfirmationem nam facta narratione: & confirmatione dilucidius poterit: quę dicta ſunt cnotra aduerſarios: ſi ea omnia

ꝙ propoſitio patet:ſi uirtutes maiores:opera erũt maiora.xxii.ab eo:cuius exceſſus eſt eligibilior: & pulchrior:cuius elementi ꝓpoſitio ẽ:ea ſunt maio/ra bona:quorum exceſſus eligibilior: & pulchrior eſt ueluti bona oculorum acie uti eligibilius ẽ quã olfatu bono.nam & uiſus oculis eligibilior:& ſimi/liter amicorum eſſe ſtudioſum pulchrius eſt quam pecuniarum:quare ſtudium quoqꝫ in amicos:pe/cuniarum ſtudio maius bonum eſt.cõtra quoqꝫ ꝓpoſitio patet:nam rerum meliorũ exceſſus melio/res ſunt:& pulchriorum pulchriores.xxiii.ab eo: cuius cupiditas ẽ melior aut laudabilior.cuius propoſitio ẽ:cuiꝰ cupiditas ẽ maior & laudabilior:hoc eſt maius bonum.cã aũt:qa maiorũ rerum maior appetitio ẽ:& pp id ipſum meliorũ:laudabiliorũqꝫ cupiditates laudabiliores melioreſqꝫ ſunt.xxiiii.ab eo.cuius ſcientia pulchrior ẽ:cuius ꝓpoſitio ẽ:quorũ ſcia pulchrior:hæc ſunt maiora bona:pꝫ qa magis expetuntur.nã ſicut ſcia:ſic& ipſa ueritas.xxv. a iudicio cuius propoſitio eſt: quod cenſerent: aut/qd iã decreuerũt prudẽtes:uel oẽs uel multi uel plures:uel præſtantes maius eſſe bonum. id neceſſarium eſt:aut ſimpliciter ita ſe habere:aut inquan/tum ſecundum prudentiam iudicarũt.immo & qd & quantum:& quale:ſic ſe habet: ut ſcientia:pru/dentiaqꝫ iudicaret.xxvi.ab eo:quod ineſt meliori/bus.cuius propoſitio eſt:quod ineſt melioribus ab ſolute:aut ea ratione:qua meliores ſunt:maius bonum eſt: ut fortitudo maius bonum uiribus corporis: quoniam fortitudo: ineſt animæ: uires:

autem inſunt corpori. Vigeſimuſeptimus ab eo: quod a meliori eligere: cuius propoſitio eſt: quod melior eligeret aut abſolute: aut ea ratione: qua melior. hoc eſt melius. ut iniuriam pati potius quam inferre. nam iniuriam pati iuſtior eligeret. Vigeſimuſoctauus a uoluptifico: cuius propoſitio eſt: quod eſt iocundius: & magis uoluptificum: hoc eſt maius bonum: eſt enim uoluptas quaſi finis. præterea iucundius eſt quod dolore caret. Vigeſimuſnonus ab eo: quod diutius eſt iocuudum: cuius propoſitio eſt: quod longiori tempore eſt iocundum melius eſt eo: quod breuiori tempore eſt tale. Trigeſimus ab eo: cuius aut ſibi: aut amicis cauſa eſſe mallent: cuius propoſitio eſt: ea quorum aut ſibi: aut amicis cauſa eſſe mallent: ea maiora bona ſunt. Trigeſimuſprimus a diuturniori & ſtabiliori: cuius propoſitio eſt diuturniora & ſtabiliora his: quę minus diuturna ſunt: meliora ſunt: nam uſus illorum quidem tempore: horum uero uoluntate ſuperat. rei enim ſtabilis uſus profecto magis eſt: cum uolueris. Trigeſimuſecundus a ſimilibus caſibus: uel coniugatis: cuius propoſitio eſt: ſic aliqua ſunt maiora ut ſimilia caſu uel coniugata ſunt maiora. ueluti quod fortiter fit: pulchrius ac eligibilius ſit: quã quod modeſte: fortitudo quoq; pulchrior quam modeſtia: & forte quam modeſtum. Trigeſimuſtertius ab eo: quod omnes uel plures: cuius propoſitio eſt: quod omnes appetunt: aut quod plures eo: quod nõ omnes: uel quod pauciores maius bonum eſt. Trigeſimuſquartus. Ab eo: quod inimici

litigio expetunt:uel iudicant:cuius propoſitio eſt: quod inimici litigio expetunt:aut iudicant:hoc eſt maius bonum. Nam inimici hoc non iudicarent bonum eſſe: niſi eſſet ualde & perſpicue bonum: quod ueritate compulſi aſſerunt eſſe bonum. Trigeſimuſquintus ab eo quod participant omnes: cuius propoſitio eſt:quod participant omnes: hoc eſt maius.uituperabile enim ē & ſi i eo participes. Trigeſimuſextus ab eo:quo aut nemo: aut pauci participant:cuius propoſitio alia ueriſimilis: nam quod rarius:eſt melius. Trigeſimuſſeptimus a laudabiliori & pulchriori:cuius propoſitio eſt: quod laudabilius aut pulchrius:hoc eſt melius. Trigeſimuſoctauus a præcio:cuius propoſitio eſt: quorū maiora ſunt præcia:ipſa quoq; maiora ſunt. ē enī præcium ueluti quædam dignitas ac mēſura rerū. Trigeſimuſnonus a iactura.cuius elemēti propoſitio eſt:quorum iactura eſt maior:hæc ſunt maiora. Quadrageſimus ab apparentia: cuius propoſitio eſt:quæ apparent maiora:hæc ueriſimiliter ſūt maiora. Quadrageſimuſprimus ab eo:quod diuiditur in partes:cuius propoſitio eſt quod in partes diuiditur uidetur maius: ſiquidem plurium apparet exceſſus.unde & poeta perſuaſiſſe meleagro ait uxorem ne in prælium exiret: enumerantem quot accidant urbe capta,hominibus mala ſternūtur populi:ignis concremat urbem hoſtilis:trahuntur ab hoſtibus liberi.xlii.a ſuperpoſitione: ac aggregatione: cuius propoſitio eſt: quod partes in unum accumulat:melius uidetur:ut apud epichar

mum.magnum.enim oſtendit exceſſum aggrega
tio.quoniam principium atq; cauſa rerum magna
rum uidetur.XLiiii.ab eo quod pro conditione eſt
rarius ac difficilius:cuius ꝓpoſitio ē:qđ ꝑ cōditiōe
ē rari⁹ ac difficilius:hoc eſt melius:occaſiones enim
ætates:loca:tempora:uires:res maiores reddunt.
nam:ſi ultra uires:Si præter ętatem:Si præter cæ
teros ſuæ ætatis.Si hoc pacto:quo alii non fece
runt:uel in hoc loco:in quo alii nō egerunt:uel tūc
quando alii non egerunt:hoc profecto : aut pul
chritudinis:aut bonitatis:aut iuſticię magnitudinē
habebit.Vnde elogium quoq; in eum:qui olym
piam uicit:qui prius in humeris dura ferebam aſil
la:ex argis piſces ad tegeam.ferre enim piſces ī hu
meris non erat quid magnum:ſed quatenus tulit
notando fuit magnum.Hinc ephicrates ſeipſum
laudabat dicens:ex quibus ea fuerunt.& non ob
aliud niſi:quia fecit:quæ eo modo quo ipſe fecit:
alii non fecęrunt.Quadrageſimus quartus ab eo
quod ex ſeipſo eſt:cuius propoſitio eſt:quod ex ſe
ipſo eſt.hoc eſt maius bonum.ut epictetus ait:quo
niam eſt difficilius:quare poeta in ſui laudem di
cit:per ſeipſum didiciſſe.Quadrageſimus quin
tus ab eo:quod eſt pars maxima rei magnę:cuius
propoſitio eſt:quod eſt rei magnæ pars maxima:
hoc eſt minus eo:quod eſt pars maxima rei par
ue.ueluti in funebri oratione ait pericles:ita ciui
tatē iuuentute ablata deformęm(ut annus)ſi ab
eo uer remoueretur.Quadrageſimus ſextus ab
eo quod in maiori neceſſitate fit:cuius propoſitio
eſt,quæ in maiore inopia.neceſſitateq; requir u

tur:hæc maiora uidentur:ueluti quæ in ſenectu-
te ac morbo. Quadrageſimus ſeptim⁹ ab eo quod
fini eſt proprius:cuius elemētum eſt de duob⁹ qđ
fini proprius eſt:hoc eſt maius bonum. Quadra-
drageſimus octauus ab eo quod ſimpliciter eſt in
noſtra poteſtate:cuius propoſitio eſt:quod in no-
ſtra poteſtate:eſt hoc eſt maius bonum:q̄ illud:qđ
non eſt in noſtra poteſtate. Quadrageſimus no-
nus ab eo quod eſt poſſibile:cuius elementi propo-
ſitio eſt:poſſibile melius eſt quā impoſſibile. Quin
quageſimus ab eo:quod in fine uitæ eſt bonum:cu
ius propoſitio eſt:que in fine uitę ſunt:meliora ſūt
hiis:quæ ad hæc ordinātur. nam fines magis ſunt
ea:quæ prope finem. Quinquageſimus primus ab
eo quod pertinet ad ueritatem:nam huius propoſi
tio eſt:quod pertinet ad ueritatem:maius bonum
eſt q̄ id quod pertinet ad opinionem:quoniam id
quod ad opinionem fit:nō eligeretur ab eo:qui id
occultum fore putaret:& propter hanc cauſam ac
cipere quam facere beneficium:eligibilibus uidet.
illud enim ſi nemo ſciat te accepiſſe:profecto eli-
ges. hoc ſi ocultum futurum eſt te contuliſſe:non
uideris electurus. Lii. ab eo:quod magis eſſe quā
uideri qs uult:cuius propoſitio eſt:id magis bonū
eſt:qđ magis eſſe q̄ uideri qs uult. qm̄ attinet ma-
gis ad ueritatē. hac rōne ducti qdā dixerūt iuſticiā
paruū qd eē. qm̄ eligibilibus uideri quis uult q̄ eſſe
iuſtus. at ſanum eſſe non ita:unuſquiſq; eum uult
magis eſſe. Liii. ab eo:quod eſt ad plura utile:
cuius propoſitio eſt:quod eſt utile ad plura. hoc

eſt maius bonū eo:quod eſt ut ille ad pauciora. ue-
luti diuitię:ac bona ualitudo maxima eſſe uidenť:
quoniam utiles ad uiuendum:& ad bene uiuendū.
& agendum honeſta:& ad uoluptatē. Liiii. ab eo:
quod cum eſt:non latet:cuius propoſitio eſt quæ
cum adſunt:non latent:meliora ſunt hiis:quæ cum
adſunt:latent. Lv. ab eo:quod cum aliis ſit ſolum:
aliis non ſit ſolum. Charū eſt:cuius ꝓpoſitio :qđ
aliis ſolum:aliis uero non ſolum:charum eſt:hoc ē
maius bonum. hoc ratione oculus melior eſt aure:
quoniam chari & ſoli:& non ſoli:& non longe ma
gis ꝗ aures. hæc de elemētis ac propoſitionib⁹ ma
ioris ac minoris boni. Poſt hæc quot ei neceſſaria
ſunt:qui conſtituit hortari uel dehortar:idicendo
de conſeruatione:uel deſtructione alicuius princi-
patus:dicamus.

¶ Enunciatum XXIII.

¶ Ad perſuadendum igitur:beneq; con
ſulendum illud eſt omnium maximum:
atq; firmiſſimum :ut rerum publicarū ſpe
cies omnes cognoſcamus. & qui fines : q
mores:quæ commoda unicuiq; ſint:quæ le
ges:qui præſunt:quæ deniq; conſeruent:
quæue extinguatur.

¶ Quoniam in deliberationibus publicis non nū-
q̄ diſputatur ab oratoribus de re.p. uel de princi-
patus

patus conſeruatione:de qeius extinctiõe:ideo Ari.
docet oïa elemēta:quæ neceſſaria ſunt ei:qui đ hu
iuſmodi dicere conſtituit.& qm̄ pro maiori pte co
gnitio el'orū neceſſariorū ad dicēdū de his pēdet ex
cognitiōe finiū rerū publicaꝝ:ideo primo quot ci
uitates:quotue principātes:quotq; earū fines ſint
dicamus.Ciuitas ergo quadruplex:populi:pauco-
rū:optimatū:unius.populus eſt:ciuitas:i qua ſorte
magiſtratus declarant̄.Paucorū uero poteſtas: in
qua cēſu.optimatū aūt:in qua:qui diſciplina excel-
lūt:hii principātur.appello aūt diſciplinā:que legi-
bus poſita eſt:nā qui legib⁹ ſemp obtēperarūt.hii
optimi uidētur:ac in huiuſmodi ciuitate rerum po
tiunt̄:a quibus & nomē ciuitas ſortita eſt.Monar-
chia uero:ut uel nomē ipſum oſtendit:in qua unus
oium pribceps eſt:hæc ſi de ordine quodam conſti
tuta eſt:regnum:inordinata uero tyrãnis appellat̄
popularis ſtatus finis eſt libertas.paucorū uero di
uitię:optima tū aūt finis ſunt quæ ad diſciplinā:&
ad leges pertinēt.Tyrãnus uero cuſtodia.his de-
claratis:patet loca ſiue elemēta oïa eſſe colligēda i
ordine ad fines:nā ea oïa neceſſaria ſunt ei·q uult
in hiis dicere:quæ conſeruāt hos fines:ſic.n.ciui-
tas conſeruabitur. Conſeruantur uel deſtruunt̄
hii fines:a moribus:a cōmodis:quæ ſunt cuiq; fini
a legibus:ab hiis:qui imperitāt.& demū ab his om
nib⁹.q̄ eos apta ſunt cōſeruare.ergo unum ſolum
elementum eſt:quod accipit̄ ab his:quæ hos fines
ſunt apta conſeruare.ſpeciatim uero.primus loc⁹
accipitur a moribus. Qui enim uult dicere in hiis:

oportet hře mores:qb⁹ utitur ciuitas:quoniam ut Ariſto.inqt:non ſolū rōnibus:ſed ēt orone affecta ac morata:fidem facimus:credimus. n.eo facilius. Si qui dicit orator:uir bon⁹:ſi beniuolus:ſi utrūq̧ fit:& ideo non oportet ciuitatum ignorare mores nam mores oratoris tūc probantur:cum ad ciuitatis mores accōmodanť. Secūdus locus a cōmodis unicuiq̧ fini. Nā ſunt nonnulla comoda.quibus fines illi conſeruantur :quæ non ſcribuntur . ſed ex geſtis:aut eiuſdem:aut aliarū ciuitatum colligūtur: quæ orator ignorare non debet:cum ex hiis accidat finem:cui accommodantur:conſeruari. Tertius a legibus:quæ conſtitutæ ſunt pro finis cōſeruatione.non enim pōt de conſeruatione principatus dicere:ignoratis legibus. quæ ſunt late ad illius conſeruati onem. Quartus a cognitione eorū qui imperitant:accipitur:niſi enim ſciremus populum preeſſe ciuitati:ſorte:potentes preeſſe cenſu topti mates uero preeſſe diſciplina:non poterimus de eius cōſeruatiōe uel extinctiōe aliqd bōi dicere:iō oportet ſcire qui imperitāt:quomō imperitēt. Speciatim ergo quattuor ſunt elc̄a:gn̄atim unū:uerum quouis mō fiat:oportet nō ignorare fines:hæc de neceſſariis ad cōſultātē. De eīcis uero & ꝓpōib⁹:q̄ neceſſarie ſunt ei:q uult laudare:uel uituperare.dicendū.Primo tū acceptis:q̄ laudare ſolemus & qd honeſtum e quo laudare ſolemus.

¶ Enunciatum XXIII.

¶ Accidit igitur laudare:deum : hoiem:

aial:& nónũquá ioco uel ſerio inanimata ipſa.honeſtũ eſt:quod cum bonũ ſit:iccirco iocundum eſt:quoniam bonum eſt:qđ cum ita ſit:neceſſe eſt uirtutem honeſtum eſſe:bonum & laudabile. eſt autem uirt⁹. uis quædam productiua atq́ conſeruatiua rerum bonarum.uirtutis partes iuſticia fortitudo:modeſtia:magnificentia.magnanimitas:liberalitas:manſuetudo: prudentia:ſapiẽtia:patet igitur aperte honeſta ac laudabilia eſſe:quæcũq́ aut uirtutum effectiua:aut a uirtute proficiſcũtur: aut uirtutum indicia ſunt.

¶ Laudabilia igitur ſunt deus & heres:hõ aial:& non nũq̃ ſerio uel ioco inaia:& quęcũq́ honeſti gc quã hr̃e pñt:aut ſeruo:aut amico:ſolemus.n. laudare lr̃as:artes:ſtudia:metalla:lapides:uerba:plãtas:& id gen⁹:qm aũt q laudat ab honeſto laudat: q uero uituperat.a turpi uituperat.ideo Ari.definit honeſtum:q cum bonum ſit:iccirco iocundum eſt: quia bonum:malum enim non eſt per ſe iocũdũ.Si enim malum:aliquando iocundum eſt:hoc pro tanto eſſe uidetur:quia habens appetitum corruptum malum illud bonũ eẽ exiſtimat:at bonum qđ eſt honeſtũ delectat:nõ niſi quo bonũ eſt.non aũt ob appetitus corruptionẽ:& quoiam uirtutes

Iocundę ſunt:quia bonę. hinc uirtus eſt honeſtum: bonum & laudabile. Eſt aũt uirtus (ut uidet̃) uis quædam:non quidem a natura nobis inſita:ut uiſiua facultas:ſed ex laudabilibus actibus producta quæ eſt productiua & conſeruatiua rerum bonarum. per uirtutem enim acquirimus honorem: & gloriam:diuitias:amicos:& alia multa & magna & omnia in omnibus:ut decet. Per iuſtitiam etiam cõſeruat̃ bonum publicum & priuatum:quod eſt magnum qd per fortitudinẽ:libertatem acquirimus:& conſeruamus:quæ eſt quid arduum:& eodẽ modo per cæteras uirtutes eadẽ ac ſimilia facimus:& conſeruamus:uirtutis uero partes ſunt iuſtitia:fortitudo:& cætere id genus. Tacuit uero hic aliquas ut modeſtiam:quæ eſt iuſticiæ comes: Affabilitatẽ quæ manſuetudinis affecta eſt. Tacuit urbanitatẽ: quoniã non ẽ uirtus præclara. ueritatẽ quoq;:quia eſt iuſticiæ ſodalis. & quoniã uirtus eſt benefaciẽdi uis:neceſſe eſt maximas uirtutes eſſe:quæ plurimũ aliis conferunt:hac ratione iuſtos ac fortes maxĩe laudant. cum:alii bello:ut fortes. alii in pace utiles hominibus ſint. Tu uero intellige principaliter:nã iuſtitia etiam in bello non nihil confert. fortitudo ẽt in pace utilis. Facit enim ut iuſtitia ſeruet̃:poſt hos laudant liberales:non enim contendunt de pecuniis:ſed largiuntur eas:quas ſummopere cæteri cupiunt. A liberalibus nõ excluduntur magnifici:qa magnificus maxime pecunias emittit:nec magnanimus:qui magna. ſ. circa ſingulas uirtutes operatur. hæc de comparatione uirtutum. Sed quid ſit una quęq; dicamus. Iuſticia igitur & uirtus:qua ſin

guli ſua poſſident ut lex præcipit. iniuſticia autem eſt per quam aliena contra leges retinent: intelligimus autem hæc non de diſtributiua iuſtitia: ſed de commutatiua. fortitudo eſt per quam actiui bonorum. (ut leges iubent) in particulis ſumus: legibus adminiſtratiua. huius contrarium timor eſt. liberalitas eſt beneſactiua pecuniis illiberalitas contrarium. magnanimitas eſt uirtus magnorum beneficiorum effectiua. magnificentia eſt uirt⁹ magnitudinis ſumptuum effectiua. harum contraria puſillanimitas & modicitas. Prudentia eſt meli⁹ uirtus: quæ de malis ac bonis: quæ ad fœlicitatē pertinent: bene poſſumus conſulere. De ſapientia Ariſtoteles non poſuit definitionem: quoniam per ſapientiā prudētiā uoluit intelligere in propoſito. eodē modo dici poteſt: ꝙ temperātia uirt⁹ ut p quam homines ad corpeas uoluptates ita ſe hñt: ut lex iubet. aīaduerte tn: ꝙ iuſticia: fortitudo: tēperātia definiunt: ex eo: quia uirtutes ſūt: quæ agūt. ut leges præcipiunt. Cætere autē non. Non. n. liberalitas erit uirtus ſi beneſactiua eſt: ut leges iubēt. nec magnanimitas: nec aliꝗ id gen⁹: propterea aliquas hoc pacto: aliquas alio pacto definit Ariſtote. in libris ethyco. uero oēs deſcripſit p mediocritatē recta ratione regulatā: qm̄ hic nō uult ita diligēter de his dicere: ſed ſolū quātū facit ad noſtrū ꝓpoſitū. ex his patet q̄ ſunt aperte ac perſpicue honeſta: ac laudabilia iā aperte honeſta ac laudabilia ſimplr ſunt q̄cūꝗ aut uirtutū effectiua ſūt. ut omnes actus: ex q bus uirtutes fiūt: & quęcūꝗ a uirtute ipſa proficiſcuntur. & tertio quęcunꝗ ſūt uirtutū iudicia. hinc

patet omnia fortitudinis opera: aut quæcunque fortiter geſta ſunt: aut indicia horum oia hæc eē apte laudabilia. Amplius iuſta: & quæcūq; iuſtę facta ſunt: & quæcunq; hoꝝ ſunt indicia. uerū paſſiones iuſtæ nequaq̄ laudabiles ſunt: nā in hac una ſola uirtute nō ſemp qđ iuſte patit̃: honeſtū eſt cū enim dānant̃ turpe magis eſt: ſi iuſte fit: q̄ ſi iniuſte ſimili ratione de effectiuis: & indiciis: & operibus aliaꝝ uirtutum dicendū eſt ipſa eſſe apte honeſta. ſimili modo ea: quorum p̄mium eſt honor: oia laudabilia aperte ſunt: eſt. n. honor præmium uirtutis. hæc de aperte honeſtis. poſthæc quæ magis q̄ ue minus honeſta ſunt: declaremus.

Enunciatum XXIIII.

¶ Laudam⁹ igit̃ magis ab his. quorū honor q̄ quorum pecunia. ab eligibilib⁹: quæcūq; non ſui gratia quiſpia gerit. ab eo qđ benefactoribus. ab his quæ ſimpliciter bona ſunt, & non ſibi. ab his: quæcunq; p patria quiſpiā facit: ſua cōtenēs. ab his: quæ na tura bona. ab his: quæcunq; mortuū magis conſequunt̃ q̄ uiuum. ab his operibus: quæcūq; gratia laudis fiūt. ab oppoſitis eorū quibus: aut dicentes: aut facientes: aut dicturi: aut facturi erubeſcūt. ab his. de q̄bus trepidant: etiam ſi non timent. a uir-

tutibus ac operibus eorum qui natura excellunt. Ab his: quibus. Alii magis fruuntur quam ipſi. Ab eo: quod eſt inimicos ulciſci. A memorationibus. Ab his quæ ſuperuacanea ſunt. Ab his: quæ ſoli inſunt. A non frugiferis prædiis. A propriis ſingulorum. Ab indiciis eorum quæ apud eos quibus cum uiuis: laudantur. A carentia artis.

¶ Elementis. xx. Aliquid magis eſſe altero laudabile colligi pōt. Primum quidem ab his quorū honor eſt quam quorum pecunia: cuius propoſitio eſt: ea ſunt: magis laudabilia: quorum honor eſt: quam quorum pecunia: ut uirtus magis: quam pecus. Secundus ab eligibilibus: quæcunq̧ nō ſui gr̄a q̄ſpiā gerit: cuius ꝓpoſitio ē: quæcūq̧ eligibiliū nō ſui gr̄a q̄ſpiā gerit: ſed aliis utilitati ſunt: laudabiliora ſunt. in eo. n. quod eſt gratia alterius: eſt magis honor: quod enim quiſpiā ſibi faciat: ac ſui gr̄a quicquam parum laudis eē uī: cum non ſit liberale. Tertius locus accipitur ab eo: quod fit benefactoribus ꝓpoſitio uero eſt laudabilius eſt quod benefactoribus fit: quā his qui aut male fecerunt: aut nō benefecerunt. iuſtum eſt beneficia his conferre qui nobis beneficia contulerunt. Tertius locus accipitur ab his: quæ ſimpliciter bona ſunt. & non ſibi cuius. propoſitio eſt: q̄cunq̧ ſimpliciter bona

ſunt laudabiliora ſunt his: quæ ſunt bona ſecundū quid ut ſibi: uel in hoc loco: uel in hoc tempore: uel hoc pacto: nam quæ ſibi ſui gratia facit. Quintus ab his: quæcunq pro patria quiſpiam facit ꝓpria ſua contemnēs: cuius propoſitio ē laudabiliora ſūt quæcunq quis pro patria facit: ſua contemnens: q̄ quæ facit per ſe. cauſa patet: quoniam in hoc maior honor cernitur. magis enim honoram⁹: qui ſic egerunt: quam qui priuati boni gratia egerunt. vi. ab his: quæ natura bona ſunt: cuius propoſitio eſt quæ natura bona ſunt laudabiliora ſunt his: quæ aut ui: aut accidente: aut arte bona ſunt: uerbi cauſa homo ipſe laudabilior ē eius opere: quod eo laudatur: quia eſt humanum opus: cauſa autem patet in omni enim genere quod eſt per ſe tale: eſt magis tale: quam ſi accidente: uel ui: uel arte eēt tale. vii. ab his: quæcunq mortuum magis conſequuntur quam uiuum. cuius propoſitio eſt: quæcunq mortuum magis conſequuntur: quam uiuum. hæc ſūt magis laudabilia. honores enim qui uiuētibus fiūt magis eorum gratia fiunt: quam laudis. Præterea bona mortuorum non laudantur: ut inſunt huic: uel illi: mortui enim ſecundum ciuilem uitam non remanent: ſed ſolum in memoria: & ſic bona quæ ſunt huic: uel illi: bona: mortuis non competunt. quare bona: per quæ laudamus mortuos: non niſi ſimpliciter bona eſſe poſſunt. viii. ab his operibus: quæcunq gratia laudis fiunt: cuius ꝓpoſitio eſt: quæcunq opera fiunt gr̄a laudis magis laudabilia ſunt: q̄ quæ fiunt gr̄a lucri uel alterius neceſſitatis. cā aūt: qa hæc min⁹ ſui gr̄a ſunt. ix. ab oppo

ſitis eoꝝ: qbus aut dicẽtes: aut faciẽtes: aut dicturi: aut facturi erubeſcũt: cuiꝰ ꝓpoſitio ẽ oppoſita eo/ rũ qbus aut dicẽtes: aut facientes: aut dicturi: aut facturi erubeſcimus ſunt ualde laudabilia: nã con/ traria eoꝝ: quæ ſunt magis uerecũda: ſunt magis pulchra: & laudabilia: quemadmodũ Alceo dicẽti uellẽ tibi aliqd dicere: ſed pudor impedit. ſappho re ſpõdit: ſi bona: laudabiliaq́ꝫ cuperes: nec lingua ali/ qd turpe dicere meditareris: nullus oculos pudor retineret. x. ab his: de qbus trepidãt ẽt ſi non timẽt cuius propoſitio eſt ea de quibus trepidant: ſi non timent: laudabiliora ſunt nã in his: bonis maxime afficiuntur: quæ ad gloriam ducunt. xi. a uirtutibꝰ ne operibus eorum: quæ natura excellũt: cuius ꝓ/ poſitio ẽ: uirtutes ac opa eoꝝ: q natura excellunt laudabiliores ſũt: ueluti uirtutes & opa uiri lauda/ biliores ſũt q̃ uirtutes & opa mulieris: uir. n. natu/ ra mulierẽ excellit. xii. ab his: qbus alii magis fruũ tur: q̃ nos ipſi fruimur: cuius ꝓpoſitio ẽ: ea: qbꝰ alii magis fruuntur: q̃ nos ipſi: laudabiliora ſunt: & ob hãc cãm iuſtũ: & iuſtitia laudantur. magis ſunt. n. a multis fruibilia. iniuſtus. n. nollet ut eo fruanť alii: quo ipſe fruiť. iuſtus cõtra uult: ut alii fruanť: quo ipſe fruiť: ob iuſticiã. n. qua quis hẽt ꝙ ſuum ẽ: uult ut eius filii his bonis fruanť: qbus nos fruimur: cũ igiť iuſticia ceteris laudabilior ſit: qm̃ ea magis fruũ tur alii: q̃ ille qͥ eam hẽt: patet id eẽ laudabilius: quo alii magis fruunť. xiii. ab eo ꝙ ẽ inimicos ulciſci: cu ius propoſitio eſt: inimicos ulciſci laudabiliuſ eſt potius quam reconciliari. nam malum ut inqt Ari ſtoteles pro malo reddere iuſtum eſt. & iuſtũ eſſe

laudabile.prætereа fcrtis eſt inuictum eſſe : cuius ſignum:quoniam uictoria & honor laudabilium ſunt nam etiam ſi inutilia ſint: eligibilia tamē ſunt & uirtutem eximiam oſtendunt.quare inimicos ulciſci laudabilius eſt:q̃ reconciliari:& qa iuſtum : & quoniam uictoriam conſequimur.xiiii.a memorationibus:cuius propoſitio eſt:memoratiões ac monumenta:& quæ magis ad honorem defuncti fiũt magis laudabilia ſunt:nam quæ defunctum conſequunť laudabiliora:cũ eis honor magis cõmittať. xv.ab his:quæ ſupuacanea ſunt:cuius ꝓpoſitio ē: quæ ſupuacanea ſunt:& p̃ter uitæ neceſſitatē magis laudabilia ſunt his:quæ ſunt ꝓ uitæ neceſſitate nã illa ob excelletiã ſunt:& nõ ob neceſſitatē. xvi. ab his:quæ ſoli inſunt:propoſitio uero eſt: quæ ſolis nobis inſunt:laudabiliora ſunt his:quæ multis. hæc enim memoratu digniora ſunt.xvii.a nõ frugiferis:cuius propoſitio eſt:non frugifera ꝑdia : & uniuerſaliter oē minus frugiferum laudabilius: qm̃ liberũ id magis eſt.xviii.a propriis ſingulorũ:cuius propoſitio eſt:quæ ſunt ꝓpria ſingulis laudabiliora illis ſunt:q̃ quæ oĩbus cõia.xix.ab initiis eorum quibus cum uiuis laudantur:cuius ꝓpoſitio ē:quęcunq; indicia eorum ſunt:quę apud eos qbus cum uiuis laudantur:laudabiliora ſunt.ueluti apud laconas comam nutrire laudabile:libertatis enim id apud eos indicium eſt.xx.locus accipitur a carentia artis fabrilis:uel mechanicæ:cuius propoſitio ē nulla uti arte mechanica atq; fabrili laudabilius ē: nam liberum eſt non uiuere ad alium:ut uiuũt artifices:ut ſuperius diximꝰ.hæc de locis maioris lau

dis.qm aūt non unq̄ ueris laudū elemētis caremus poſt hæc dicēda ſūt loca ꝓpiqua honeſtis p q̄ lau/dare poterimus:ac ſi eēnt loca uerarū laudum.

Enunciatum XXV.

¶ Ea quoq; accipienda in laudem quæ honeſtis propinqua ſunt. Quæ cōcomitā tur: quæ excedunt. Quæ gentibus conue/niunt: apud quas laudamus. Quæcūq; ut conueniens eſt. Quæcunq; præter conue niens ad melius ac honeſtius. Quæ caſu aut fortuna facta ſunt: conſilio ac indicio attribuenda. ea quæ afficiuntur extra: etiā dicenda ſunt.

¶ Q m: ut dictum ē: interdū nobis deſūt uera lau/dū loca: iō licet aliqñ neceſſitate ductis nobis lauda re ab his: q̄ ſunt honeſtis ꝓpiqua: ſunt loca iſta ho/neſtis ꝓpinqua uii. Primus ab his: q̄ deficiunt: ꝓ/pinqua tñ mediis uidētur. nā eū: q mitioris aīe ē: mo deratū: timidum & inſenſatum: bonum ac frugi: & eum qui dolorem animi non ſentit: manſuetum di cere poſſumus: non quod ita ſit: ſed quod ita pro/pinqui uideātur. Secūdus a cōcomitātibus: q̄ licet uitia ſint: ſemper ad optimum trahēda ſūt: ut qm magnificentiam comitari ſolet iracundia: & furor: ideo iracundum & furioſum tanquam Magnifi// cum: uel magnanimum laudabimus: eſt eni iracū/dia & furor apparēs quædā magnanimitas ſimili

ratione ſimplicem honeſtum dicemus. Tertius ab excedentibus: nam qui excedunt medium: quaſi uirtute præditi ſint uidentur: ut ferox: fortis laudandus ē: prodigus tanquam liberalis: nam & pluribus ita uidetur: habetq; apparentem cauſam: ſi enim ferox: ubi neceſſe non eſt: pericula ſuſcipit: multo magis uidebitur aliquando in re honeſta ac laudabili pericula ſuſcipere. Amplius ſi prodigus ī quoſlibet profuſus fuerit: quanto magis in amicos. uirtutis enim eximiæ: ut inquit Ariſtoteles: eſt cunctis benefacere. Quartus ab his: quæ apud gentes laudabilia habentur: apud quas laudaueris perſonam ſicuti ſocrates dicere ſolebat non eſſe difficile athenienſes apud athenienſem laudare: qa apud Athenienſes quæ ſunt laudabilia: ſunt rationabiliter honeſta. tamen apud nonnullas gentes ſunt q̄dam laudabilia: quæ reuera ſunt: turpia: uerū hæc tanquam propinqua honeſtis accipienda ſunt: qd enim apud aliquos honori eſt: quod eſſe affirmare oportet honeſtum apud eos: ut quod honori eſt: apud ſcythas: hoc eſſe honeſtum apud eos affirmare oportet: quod apud laconas: honori eſt: id apud eos erit honeſtum: quod apud philoſophos honori eſt: erit hoc idem apud eos honeſtum: ac uniuerſaliter honorabile aſſereſ oportet: quod honeſtum ſit uerum non eſt: ita nō enim quod honorabile eſt apud aliquos: id honeſtum ē. ſed quoniā ſunt propinqua ideo honorabili pro honeſto utimur. Quintus ab his: quæcunq; accipiuntur: ut cōueniens eſt ea accipitur: ut ſi aliqua quis incœperit quæ fuerunt maioribus digna honoris cauſa: quā

quam non compleuerit:quia tamen ad honorem acceſſerunt tanquam honeſta accipi debent: nam honoris acceſſio ad honeſtatem pertinere uī. vi. ab his:quæ licet ſint pter conueniens:ad melius ac honeſtius reducenda ſunt:ut ſi quis utitur ſecūda fortuna:& ſit non unq̄ moderatus licet hoc inconueniens raro ſit:tamē laudari debet ut moderatus q uero utiť aduerſa:licet rarēter hic magis magnanimus eſſe ſoleat:tamen ut magnanimus laudādus eſt. Amplius qa is:q ad maiora conſcēdit:raro facilis eē ſolet:tanq̄ facilis laudādus ē. Quo uſus ē iphicrates ibi quæ ſunt ex qbus quale etiam illud eius: qui deuicit olympia qui prius in humeris dura ferebam Aſilla. & illud ſymonidis:cuius mulieris pater ac maritus tyrannoꝝ fratres fuerunt. in his oībus loci huius uſus cernitur. vii. ab his:quę caſu uel fortuna facta ſunt:tanq̄ conſilio & prudētia factis:nā ut Ariſto. inquit:laus officioſi uiri eſt agere electione:quare ſi aliquæ caſu fecit:quæ facta a prudentia honeſta uiderentur:hæc electione geſſiſſe accipiendum eſt:quam ad rem confert:ut ſæpius feciſſe demonſtretur. & ideo quæ caſu aut fortuna facta ſunt:iudicio ac conſilio attribuēda. nam ſi multa:ſimiliaq; connectuntur uirtutis uidebuntur eē iudicium. viii. ab his:quæ afferuntur extra: nam q̄ afferuntur extra:ut fidem faciant:dicenda ſūt:ſūt autē extra ꝓgenitores:ſiue præceptores:ueriſimile nāq; ē bonum eſſe ex bonis:& ſic educatum ſub bonis præceptoribus huiuſmodi eē. Animaduerte tamen:ut Ariſtoteles inquit:quod quia laus cum conſilio non nihil commune habeat (nam quæ eō

ſulendo admoneres: hęc cõmutata orõne: laudem conficiunt: ideo cũ habeas quæ agere oporteat: admonendeq; id explicaueris: mutanda uerſandaq; oratio eſt: ut laudẽ efficiat: ueluti cũ dicas nõ oportere a fortuna. ſed a ſeipſo pendere hanc admonitionem ſi in laudem uertes: non a fortuna: neque extrinſecus: ſed intrinſecus atq; a ſeipſo ille pendebat. Quare laudaturus quod conſuleres: & conſulturus quid laudares: conſidera: orationẽq; ita uerſa: ut nunc quidem quod prohibet: nunc quod nõ prohibet: cõmutes: patet igitur ex tot locis te poſſe laudare: ex quotq; poteſt conſulere. hactenus de locis laudis. poſt hæc de amplificatione: & eius locis dicamus.

¶ Enunciatum XXVI.

¶ Ea uero quæ laudes amplificant: plura ſunt: ut ſi ſolus: aut cum paucis. ſi quo maxime factum eſt. Si primus. Si pro tempore ac occaſione. Si ſæpius. Si non a fortuna: ſed ab eo ipſo. Si hæc ab eo inuenta ſunt: quibus ad uirtutem inflammamur. & quibus honoramur. Si primus omnium laudatus. Quod ſi ex eo ipſo nõ facile inuenire potes: aliis compara: & quidem illuſtribus. Si uero nõ illuſtribus. aliis tamẽ comparandum.

¶ Vnde laudes amplificare poterimus:plura loca ſunt:amplificamus enim primo ſi ſolus:aut cũ paucis.nam qui aliquid præclari geſſit:ſi id ſolus: Aut cum paucis geſſit:maiore laude dignus eſt: Secundo ſi id fecit modo:quo maxime fieri potuit: leue enim non nũq̃ magnũ quod eſt. Si fit mõ quo maxime fieri põt. Tertio ſi primus:leue enim nonnũ quã magnũ quid uidetur:ſi primo fit.poſtq̃ factũ eſt:nõnunq̃ leuiter ab aliis fit.omnia enim hæc(ut Ariſto.inquit)laudabiliora ſunt.hinc rerum inuẽtores maiore laude digni ſemper habentur hiis qui poſtea res iuuentas aut ſequũtur:aut augẽt. Quarto ſi pro tempore ac occaſione.pro tempore quidem:quoniã qui ailquid facit pro etate magnum. licet ſimpliciter magnũ non ſit:qa tamen pro etate eſt magnum,maiore laude dignus uidet̃.ꝓ occaſione uero:qm̃ qui aliqd facit pro occaſiõe:licet nõ nũq̃ leue ſit:qa pro occaſione factũ eſt magnum: maiore laude dignus uidetur:qui id fecit.hæc em̃ cum ſint præterq̃ cõueniãt:ardua uident̃.Quinto ſi ſæpius:qui.n.eandem rem ſæpius geſſit: magnũ quod geſſiſſe uĩ.Sexto ſi non a fortuna.ſed a ſeipſo ꝑfectũ uĩ.prudẽtia.n.factũ eẽ uĩ.Septio laudamus amplificando ſi hec ab eo inuẽta ſunt.quibꝰ ad uirtutes incendimur:& quibus honoramur:uñ inuẽtores ſtatuarũ maxime laudãdi ſunt:ut.n.nobis erigant̃ ſtatuæ:ad uirtutes inflamamur. Viii.ſi primus oĩum laudatꝰ ẽ.ſicut hippoloco:& harmodio ac ariſtogitoni ĩ foro ſtatuę primũ poſitę quo fit ut pmꝰ ĩ quauis re maxĩe laudãdꝰ ſit:uñ & mihi (uẽia ſit dcm̃)ñ parũ laudis acceſſurũ uido cũ pmꝰ

ad ſidera philoſophia extulerit (nemo enim hoc ſe culo in publicis gymnaſiis philoſophiam profeſſus locis ac ſtipendiis primariis æque ut ego nunc pi/ ſis: honeſtatus eſt:) nec pſecto in his permanſurū cum longe maiora ſtipendia offerant. Sed quoniā interdum non facile eſt nobis loca ex ipſo: quē lau damus inuenire. quibus laudes amplificemus: ideo præcipit Ariſto. ut aliis compares. & quidem ſi fie ri poteſt illuſtribus: Sin autē fieri ñ poteſt: compa/ randum eſt aliis: nullus enim tam parum geſſit. qui bus minora aliud non geſſerit. Quod iſocrates ex conſuetudine declinandi faciebat. Hinc patet amplificationem demonſtrationi accommadatio/ rem. nam cum res geſtas quaſi certas accipiant: reli quū eſt: ut magnitudinem eis: ac ornamentum affe rāt: exempla uero deliberationi aptiora: ex præte ritis. n. futura cōiicientes iudicamus. Enthymema ta autem iudiciali magis conueniunt. nam quod fa ctum eſt: & cām quare factum eſt: ſuſcipit: & pro/ bationem patitur: qm̄ incertum eſt. Ex quibus igit laus ac uituperatio ferme omnis: & ad quæ: nā reſ/ picientes laudare: ac uituperare oporteat: & ex qui bus cōmēdationes & opprobria fluāt: hæc ſūt: nā hoꝶ cōtraria non latent. uituperatio autem ex cō trariis eſt: nunc de accuſatione ac defenſione ex qui bus & ex quot rōcinationes faciendæ ſunt: dicēdū nr̄: ſunt autem tria de his ſumende. primum quot: & quorum gratia iniuriam inferunt. deinde quo af fecti. tertium quales: & quomodo ſe habentes. ue/ rum definitiones ſupponamus quaſdam.

¶ Enunciatum XXVII.

¶ Sit

¶ Sit ergo iniuriari ſponte præter leges officere.

¶ Quamuis iniuria apud auctores multifariā dicatur:oē.n.quod non iure fit:iniuria dicitur: ſiue uerbis:ſiue re:cum manus īferunt.uerbis: cum fit conuicium.nonnulli inter iniuriam & contumeliā differentiā fecerunt:ꝙ iniuria ſit uerbis: contumelia uero factis:uerum Ariſtote. ita definit:ꝙ iniuriari ſit ſponte pręter leges officere.ꝑ cuius definitionis declaratione dicamus:ꝙ lex alia ſit propria alia cōmunis.propriam dicimus: qua ciues ſcripta utuntur.cōmunē uero qua non nulla etiam ſi ſcripta non ſunt:apud omnes tn̄ ualere uidentur.Sed qd ſit lex cōis:qd ue ꝓpria:poſterius dicemus;nūc uero illud ſit ſatis p legem cōem:ius naturale intellexiſſe Ariſtoteles:quod nō ſcriptū dr̄:non qn ſcribi poſſit:ſed qa non neceſſario ſcribendū: cum .n. nobis ſit quaſi natura inſitum:ēt ſi non ſcribit̄: memoria teneret̄.p legē ꝓpriā ciuile ius intelligit:qꝫcū n̄ ſit nobis nā īſtitutū:facile e memoria cadit.iō(ut memorię mandet̄:ſcribit̄:)& hac rōne ſcriptū ius dr̄.uerū diffuſe poſtea.cū ergo dr̄ in definitiōe iniuriari eſſe nocere p̄ter leges intelligendū eſt quaſuis leges:ſiue ſcriptas:ſiue non ſcriptas.ſponte uero facimus quęcūꝙ cognoſcentes:& non coacti facimus.ex qbus ſequit̄ ſponte facere nihil aliud eſſe ꝗ eligibiliter aliqd agere:hæc.n.æqualia ſunt ſponte facere:eligibiliter facere & cognoſcentes non coacte facere:hæc de ſcda definitōis pte.ea uero:qui

bus officere ac praua ꝑter leges committere hoîes ſtatuunt:ſunt uitia:ut improbitas:& intêperantia. ſignū aūt:qm̄ in quo uitio improbi ſunt:in eo ēt iniuſti ſunt:ueluti ꝓdigus in pecuniis: intêperatus in uoluptatibus corporis. ambitioſus in honoribꝰ. iracundus in ira. contentioſus iu uictoriæ cupiditate. acerbus in ultione. ſtultus officit:qm̄ circa bonum & iuſtū decipere:eodemq; mō unuſqſq; improbus officit ꝑter leges ſemp in ſuo ſubiecto. ergo iniuriari eſt ſponte ꝑter leges officere. dico ſponte:qm̄ qui coacte: aut ignoranter officit:non iniuriatur. dico ꝑter leges:qm̄ iudex lædit iprobū:qm̄ tñ. non ꝑter leges ei nocet:non dr̄ iniuriari. dico officere:qui. n. non officit uerbis:uel factis:hic non poteſt dici iniuriari:uerum de his poſtea uberius. ex his habemus duo:& quid ſit iniuriari:& in qbus rebus iniuriæ ab hoîbus inferuntur. poſt hæc cuius gratia iniuriæ fiāt:declaremus. primo tamē quot cauſis homines agant: & q̄lia ſint ea:quæ homines agunt. & quid ſit uoluptas cuius gratia hoîes iniuriantur exponamus.

Enuntiatum. XXVIII.

Quæcūq; itaq; hoîes agunt:neceſſe ē eos ſeptē cauſis agerē. fortūa:ui:natura:cōſuetudine:rōne:cupiditate:& ira. quæ homines pp ſeipſos agunt : bona erunt:uel apparentia bona:iocunda uel apparentia

iocũda uoluptas eſt quidã animi motus:& affectio tota ſimul ſenſibiliterq; in naturã proficiſcens.

❡Ea igiť ut Ariſto. inqt:quæcũq; hoies agunt ſepte cauſis agunt:fortuna:ui:natura:cõſuetudie:rõne:ira:& cupiditate:uez quę fortuna:ui ac natura agunt:p ſeipſos agere nõ dicunť.ſolũ.n. per ſeipſos hoies agere dicunť tribus cauſis:conſuetudine: rõne:& irrationali appetitu:qui ſi diuidať in duo: in iram:& cupiditatem:hoies.iiii.cauſis p ſeipſos agere vñr:cõſuetudine:rõe:ira:& cupiditate.cæteræ cãæ:qbus uñt hoies agere:ad has ſeptẽ reduxit Ariſto.iõ eas omitim⁹.fortuna uero ſunt: quæcũq; ita fiũt:ut cũ eoz tãindeterminabilis ſit:nec huius gra:nec ſemp:nec ut plurimũ:nec ordie fiũt: q̃ oia fortunę definitõe(quã phyſici tradũt)patẽt. nã aũt ſũt:q̃cunq; cãm ordinatã in ſe ipſis hñt:qppe cũ aut ſemp:aut plerũq; eueniãt.quę uero pter naturã ſũt:quãuis ẽt fortuna fiãt:ingrere nõ oportet:an ſ̃m quãdã nãm an alia cã.ſ.puidẽtia fiãt.ui aũt fiũt q̃cũq; coactiõe pter cupiditatẽ ac rõnẽ fiunt.cõſuetudie uero:q̃cũq; iõ faciũt qm̃ ſæpe fecerũt.rõne fiũt:quæ cũ ita ſunt ex bonis iã dictis: cõferreq; uideanť uel ut finis uel:ut ad finẽ pp utilitatẽ agunť.& ſic pprie rõne fiũt:ut uno uerbo dicã:quæcũq; bona fiũt propter bonum. nam licet nonnunq̃ intemperantes utilia ac bona agant: tamen ea non propter utilitatem atq; bonitatem

agunt:ſed pp uoluptatē.ira uero fiunt: quibus ulciſcimur:differunt.n.pæna & ultio:nam pæna eius qui patiť gratia fit:autut fiat melior:aut ut puniať. ultio aũt eius qui facit:ut expleatur. cupiditate aũt aguntť:quæcũq; iocunda uidenť.uerũ(ut Ariſtotelis inqt):& cõſuetudo:& ea in qbus aſſueti ſum⁹ iocunda ſunt:cum uoluptate.n.faciunt: qui aſſueti ſunt:quare nõ oĩa quæ natura ſunt: iocunda ſũt. aſſueſcimus.n.aliqñ cõtra naturalē inclinationē:& qm̃ quæ hoies pp ſe ipſos agunt:aut conſuetudie: aut rõne:aut cupiditate:aut ira agũt:fit: ut oĩa hæ ſunt aut bona:aut uideantur bona: iocunda uel apparentia.nam relectio malorum: & aſſumptio minoris mali: amplius relectio doloris & aſſumptio minoris doloris:ĩ bonoꝝ uel iocũdorũ numero ponuntur:ſunt.n.quodammõ eligibilia. At quid uoluptas ſit:demum dicamus: eſt.n. uoluptas motus quidam animi:ac affectio tota ſimul: ſenſibiliter ꝑ in naturam ꝑficiſcens.quæ deſcriptio ſic intelligiť: ꝙ uolupras ſit quædam animi affectio: ſiue conſtitutio ſenſualem motum qui ſcd̃m naturam eſt: ſequens tota ſimul.dico motum ſenſualem: qm̃ non debet ſequi motum intellectualem.aliogn non uoluptas eſſet & ſi eſſet uoluptas:alterius rõnis eſſet: de qua alibi dicendum eſt:dico ſenſualem naturalem:hoc eſt:qui eſt aut ſcd̃m naturã:aut ſecundum conſuetudinem:quæ eſt altera natura.dico tota ſimul:qm̃ ſi non tota ſi mul eſſet expectaret:& ſic cũ triſticia ac dolore eſſet admiſta.ea uero conſtitutio que contra talē motũ eſt:dolor dr̃. ergo uoluptas

eſt ai cōſtitutio ſiue affectio ſequens naturalē motū ſenſus tota ſimul. hæc de uoluptate. ex his patet quid ſit iocundū q̄due triſte: ac dolorificum generatim. eſt. n. iocundū id oē: quod dictā affectionē efficit: triſte uero aut dolorificū id quod eſt aut dictæ affectionis corruptiuū: aut contrarie affectionis effectiuū. ita iocundū eſt tam quod ſecundū naturā pficiſcitur: q̄ quod ſuam conſuetudinē conſequit̄: quod. n. uſitatū eſt: quaſi iam innatū eſſe intelligit̄: ſimile. n. eſt naturæ conſuetudo ipſa: ꝓpe. n. ſępe ē ei: quod ſemper: nā natum eſt ꝙ ſemp: conſuetudo eius: quod ſæpe. ſed non quod uiolentū eſt. uis. n. p̄ter naturā eſt: ita triſtis ac dolorifica neceſſitas ē: recteq; dr̄ uiolentū oē dolorē efficere. & propter hæc: cura: ſeria: conatus: triſtia ſunt. niſi qui faciūt: aſſueti ſint. neceſſitudine. n. ac ui fiunt: hæc generatum de iocundis: & triſtibus. poſt hæc ſpeciatim de his dicendum.

¶ Enunciatum. XXIX.

¶ Iocunda ſunt: quæ nō ui fiūt quoꝝ cupiditas ineſt. iocunda oīa: quæ uel in ſentiēdo præſentia uel in recolendo præterita: uel in ſperādo futura. imaginatiōes exceſſiuum iocundæ. Amicus iocundū. Amari iocundum. Varietas ac uiciſſitudo iocunda. Diſcere ac ammirari iocūda. Quæ ſimilia

ſunt ac genere coniuncta.iocunda.ſapein tem eſſe iocundum.
¶ Iocunda:quæq; uoluptifica dicunt̃:q̃plurima ſunt:reducuntur autem in capita:ſub quibus om-nia iocunda per ſpeciem enumerari poſſunt. pri-mum ergo caput eorum eſt:quæ non ui fiunt:dẽm eſt.n.quæ non ui fiunt:eſſe iocunda.hinc deſidia: iocus:accubatiões:ſõnus in iocũdis ſunt:cum nihil horũ ui fiat.ſcd̃m caput eorũ ẽ:quoꝝ cupiditas in eſt:cuius.n.cupiditas ineſt:id oẽ iocundum eſt. cu-piditatũ aũt aliæ ſine rõne ſunt:aliæ cum rõne.ir-rationales dico:quas ex;nulla cogitatiõe cupiunt: quales ſunt:quæ natura eẽ dicunt̃:ut quæ corpo-reæ ſunt:ueluti alimẽti ſitis atq; fames. eſt aũt etiã in ſingulis alimenti ſpẽbus cupiditas:& inguſtabi-libus atq; ueneréis:& uniuerſaliter in tangibilib9: & olfatu odoris:& in auditu atq; uiſu:omnes.n.na tura corporeæ ſunt.rationales uero cum quadam cogitatione perſuaſi cupiunt.nam multa & expe-tere & poſſidere cupiũt:cum audierint perſuaſiq; fuerint.tertium caput eſt eorum:quæ uel in ſen-tiendo præſentia ſunt: uel in recolendo præteri-ta:uel in ſperando futura ſunt.pro cuius declara-tione animaduerſione dignum: quod uoluptate fruitum eſt:cum aliquo ſenſu afficimur.eo. enim res nos uoluptate afficiunt:quo ſentiuntur.ex his enim quæ nullo pacto ſentimus:nulla prorſus uo-luptate afficimur.ſentire autem poſſumus iocun-da dupliciter:aut in ſe: cum in ſentiendo præſen-

tia ſunt : utpote per exteriorem ſenſu3:& tunc ho
rū ſenſu uoluptate maxie afficimur:cū ipſis ſimus
cōiūcti aut hæc ſētire poſſum⁹ ī ſuis ſimulachris:
q̄ græci phātaſmata appellāt: latini uiſa dicūt:quo
mō nōnūq̄ in ſōniis ipſa ſentim⁹:nō.n.ea tūc ſenti
mus ile:ſed ī ſuis ſimulachris:& hoc pacto illa ſen
tiēdo uoluptate afficimur:licet min⁹.hui⁹ rei ſignū
ſōniū ē:in quo aliqn̄ miris uoluptatib⁹ afficimur.
& nullā aliā ob cām:niſi qa iocūda ſaltē ī ſuis ſimu
lachris ſentimus.hinc patet recordantē ac ſperan
tem eius rei ſequi ſenſum quēdam debilem:quā re
cordatur & ſperat.quoniam imaginatio ſenſus q/
dam debilis ē.& qa ita ē:patet uoluptates ineſſe re
cordātibus ualde atq; ſperantibus:ſi qdē & ſenſus
eis ineſt:ut dictum ē.quare neceſſarium eſt iocun
da oīa uel in ſentiēdo p̄ntia eē:uel in recolēdo præ
terita:uel in ſperādo futura.nā p̄ntia ſentimus:p̄te
rita meminim⁹:futura ſperam⁹.quæ igiť memini
mus:iocūda ſunt:nec ſolū:q̄ aderāt:uoluptatē affe
rebāt:ue℞ ēt nōnulla eo℞: q̄ dolorē:ſi poſt illa bo
num ac laudabile qd hēamus:ut honorem uel glo
riā.hinc illud dictum eſt.iocundum eſt ſeruato me
mini ſſe pericli.& illud.letatur.n.uir poſt labores:
cum multa tuliſſe:multaq; geſſiſſe recordetur.un
d̄ uirgilius.Forſan & hęc olim meminiſſe iuuabit:
cuius cauſa eſt:quoniam malum non habere etiā
iocundum eſt.hinc ſit quod conſcientia atq; me/
moria recte facto℞ iocundiſſima eſt: quā nōnulli
laborū ac uigilia℞ mercedē ſufficientē arbitranť:
qui gloriam nō eē expetendam aſſerūt:uñ brutus

ti qui febricitant ſiti oppreſſi: memoriꝗ habentes
ꝙ biberint: ſperanteſq; ſe bibituros gaudent: ſimili-
ter amantes: cum alloquantur aut ſcribant: aut qc-
q̃ aliud faciant ad eum: quem abſentē amant: gau-
dent in omnibus enim his: quaſi ſentire irritant eū:
quem amant: cuius ue recordētur hinc prouerbio
dicitur: ꝙ recordatio eſt amoris ſignum: & non ſo-
lum ſignum: uerum etiam initium. Memoria enim
amorem fouet. & ſi non ſolum cum adeſt letātur:
ſed abſentis etiam memoriam tenētes amant: ideo
cum mꝗſti ſunt: quoniam non adeſt: etiam in luctu
ac fletu ineſt quꝗdaȝ uoluptas. Mœror enim in eo
eſt: ꝙ non adſit: uoluptas autem ꝙ recordentur: ac
illum quodammodo uideāt: & que agebat: & qua-
lis erat unde illud Homeri ὥς φᾶτο τοῖσι δ᾽ ἐπᾶσιν
ὑφῖμεξον ὦρσε τοοιο. Sic fatus flendi cunctis immi-
ſit amorem. Quartū caput eorum eſt: quorum uo-
luptate afficimur: quatenus imaginamur excedere
exceſſiuum enim imagines; iocundiſſime ſunt: eſt
enim homo animalium naturaliter dominii cupidiſ-
ſimum: ideo excedere cum naturali inſtituto cōue-
niat iocundum eſt: preterea excedere tranſibili cu-
piditate cōuenit: ideo iocundum eſt: hinc patet uin-
cere iocundum eſſe: nec contentioſis ſolum: ſed om-
nibus: nam in uincendo imaginatio exceſſus fit cu-
ius rei (ut dictū eſt) omnes aut moderate: aut ma-
gna etiam q̃ oportent: ſuapte natura cupidi ſunt.
Et quoniam uincere eſt iocūdum: ludos etiam om-
nes: qui pugnꝗ aut contentionis ſpeciem habēt: io-
cundos eſſe neceſſe eſt. Sꝗpe namq; in his uictoria

eſt:ut teſſeras. Aleam:pilam: tabulam: ludos quoq₃ liberos ſimiliter nam eorum. Alii iocũda fiunt: ſiquis aſſueſcit:quando ſunt cũ labore. Alii ſtatim iocundi:ut uenatio:& omnis beſtiarum perſecutio ubi eni₃ certatio eſt:ibi quoq₃ uictoria eſt:& qm̃ in uenatoribus quæ fiunt telis:canibus:equis:& uiribus eſt magna certatio:ideo iocũdiſſime ſunt: ut dicit Plato ſeptimo libro de legib⁹. Et hãc ob rem forũ diſputationeſq₃ aſſuetis atq₃ potentib⁹ uincere iocũda ſunt:cum in his certatio:& uictoria ſint. Et qm̃ imaginatio exceſſus iocundiſſima eſt:honor atq₃ gloria iocũdiſſimorũ ſunt: eſt etiã alia cauſa: qm̃ unicuiq₃ cui honor aut gloria fit. Imaginatio eſt talem ſe eſſe:ac uirtute præditum. Eſt autẽ gloria aut honor tunc præſertim iocũdiſſimus quũ afferantur ab his quos non exiſtimat metiri:quales domeſtici potius q̃ alieni:deinde familiares ac noti. Et ciues potius q̃ peregrini: & qui ſunt potius q̃ futuri: prudentes potius q̃ fatui: & multi q̃ pauci: hos enĩ ueraciter p̃dicare ueriſimilius eſt q̃ oppoſitos: nulla enim cura eſt:ut ab his quos quiſpiam nimiũ deſpicit (ueluti a pueris aut beſtiis) honor aut gloria congeratur. Quintum caput eorum eſt qui nobis amici ſunt. Amicus enim iocundũ eſt: cauſa autem quia amare eſt iocundũ: nullus enim uinum amat: qui uino non letatur: cum igitur amicum amemus: etiã cũ amicis conuiuere iocundũ eſt. Sextũ caput eſt amari. Amari enim iocundũ eſt: qm̃ cum amamur imaginatio fit:q̃ bonum nobis inſit:quod qui ſentiunt:omnes capiunt. Et quoniam honorari eſt

iocundum: ideo ꝙ nos aliqui admirentur: eſt iocun dum: hac eadem de re aſſentationibus aures prebe re eſt iocundum. Adulator quoq; iocundus: nam & admirari: & amare uidetur: que iocunda ſunt: & quia conſuetudo iocunda eſt: idē etiam ſæpius age re iocundum eſt, conuenit enim conſuetudini. Sep timum caput eſt uarietas: ac uiciſſitudo: hæc enim iocunda quoniā naturę humanę conueniunt: quę ſemper ſuapteq; natura in mutatione eſt. Prete rea conueniunt noſtro appetitui: qui non ſemper idem manet. Preterea in mutationibus ſperamus: ſpes autē uoluptate afficit. Preterea quod uno mo do ſemper ſe habet: conſtitui atq; fixi habitus ſa cietatem generat. Sacietas autē dolorifica eſt un de dictū eſt: uiciſſitudinem rerum omnium: iocun dū eſſe: hac ratione quæ magno tēporis interuallo uidentˀ. Iocunda ſunt: tam res q̄ homies. Mutatio enim preſentiū fit: ſimul ēt eſt: ꝙ magno interuallo tēporis interpoſitio fit. unde et ꝓuerbiū eſt: omne rarū charū. Octauū caput eſt diſcere & admirari. In admirādo enim diſcēdi cupiditas ineſt: quare ad mirabile deſiderabile eſt: cū ergo appetitui natura li cōueniat: iocūdū eſt: in diſcendo aūt reditus ineſt in naturam: qui enim diſcit: id efficit: quod eius na turali inclinationi cōuenit. Preterea mutatio & ua rietas iocūda ſunt: & quoniam admirari & diſcere mutationem quandam important: ideo iocūda. & qm̄ excellere eſt iocūdū. Ideo beneficium conferre eſt iocūdū: per hoc eni ꝙ beneficiū cōferrimus: ex cellere uidemur: & qm̄ mutatio eſt delectabilis:

mum:qm̄ animalia eodem cibo uiuentia mutuo ſe oderunt:per accidens enim ut Ariſtoteles inquit: in libro ethicorum ſimile quãdoq; ſuũ ſimile odio habet:hinc prouerbiũ inter pares eſt inuidia: & illud riualem poſſem non ego ferre Iouem.Et qm̄ ſimile ac id quod eiuſdẽ generis eſt:ſibi ipſi iocundũ eſt:idq; maxime unuſquiſq; ad ſeipſum habet : idẽ enim ſibi non ſolum ſimilis: uerum etiam idem eſt: neceſſe eſt omnes ſeipſos maxime amare. Accedit ad hęc:q amare ſe cõueniat naturali deſiderio: nã naturali deſiderio unuſquiſq; aperit ſui ipſius conſtructionem: & ſibi ipſi bonũ: qd ſi omnes ſeipſos amant:ſua quoq; unicuiq; iocũda eſſe neceſſe eſt: ut opera:orationes:quare aſſentatorũ:ut plurimũ atq; amatorũ amici ſumus. Ambicioſi quoq; ac liberorũ amore uicti:nam liberi opera noſtra ſunt. Hinc patet fieri nos poſſe amare quin amemur:ſi enim aſſentatores amamus: qui fingunt nos amare:eſt enĩ aſſentator amicus fictus:neceſſario amabimus eos : quos nos amare credimus : ſicut enim naturale eſt unũquemq; ſeipſum amare : ſic nobis naturale eſt eum omnẽ amare quem putauerimus amare nos:hinc fit:ut manca ſupplere ſit iocundũ: qm̄ opus iam ſuum fit. Vltimum caput eſt ſapientem eſſe. Nam cum principari & excedere iocundiſſimũ ſit: & ſapere principantis ac excedentis eſt:ſapientem eſſe iocundum uidetur. eſt alia cauſa:quoniam ſapientia multarum ac mirabilium rerum ſcientia eſt:quę eſt iocũdiſſima: & naturali deſiderio conueniens.omnes enim homines apetunt natura

¶ Quomõ ſe habentes iniuriãtur: generatim qdẽ ſunt: qui celare ſperãt: cũ fecerint aut ſi non ſperẽt celare: ſperãt deprehẽſos: non daturos penã: aut ſi daturos quidẽ: ſperãt minores ſibi uel ſuis futurum ſuppliciũ eſſe: q̃ emolumentum. quod ex illata iniuria aſſequuntur ſpeciatim uero: qui celare ſperant: ſunt qui ad ipſa omnia incõmodi ſunt: ut ſi imbecillus pulſaſſe hominem accuſetur. Aut inops: aut deformis accuſaretur adulterii. ſperant etiam celare: qui in his iniuriantur: quæ in aperto: & ante occulos poſita ſunt: naȝ quę nemo putat: nemo ſeruat. rurſus celare ſperant qui in his iniuriantur: quę tãta: huiuſmodiqȝ ſunt: & tam grandia: ut ea nullus uideatur aggredi. Nam & hæc minime obſeruantur: omnes enim homines: quibus uſitatiſſime iniurie ſunt: ab eis cauent: ueluti etiam a morbis: qui ſolent inuadere. Quo autem nondum aliquis laborauit: ab eo nemo cauet eo modo. quando tam grãdia ſunt: in quibus iniuriantur cum caro ſint: non obſeruatur. Preterea celare ſperant ii. quibus nullus inimicus eſt: aut plurimi: qui enim ei iniuriatur: qui putat ſe nullum habere inimicum: ſperat ſe celaturum: quod non obſeruetur: qui uero ei iniuriatur: qui plures habet inimicos: ſe celaturum ſperat: quod non uideatur aggreſſurus. Cum obſeruetur: habet enim defenſionem hanc quod non fuiſſet aggreſſurus: habet etiam illam: quod non ipſe: ſed alii ei iniuriam intulerunt. Rurſus ſperant celare ii: quos modus: uel locus: uel affectio: diſpoſitioque facilis:

nabiliter caſtigandos eſſe putamus :& ideo ſui ſic
rationabiliter caſtigati:minus moleſte ferunt: cum
puniuntur. Quintus locus eſt ab ignorantia : cum
enim ignoraſſe putamus quod propter nos ipſos

ſecerint: miteſcimus: ut enim patet ex diffinitione iræ: ira eſt de ſingularibus: quādo ergo ſingularem perſonam ignorauit: non contemnit. Quare recte dictum eſt a poeta: ulyxem dic urbium expugnatorem: quaſi non ultus: niſi & a quo: & quam ob rem cognouiſſet. Quare nec cæteris qui non ſentiunt: iraſcūtur. nec defunctis: quaſi iam ſint extrema paſſi: nec dolituri: nec cogniturí: quod irati cupiunt. defunctis ergo & non ſentientibus non iraſcimur: & quia extrema paſſi ſunt: & quia ex ultione non dolerent: cum non ſentiant: nec eam cognoſcunt: que irati cum ulciſcuntur: cupiunt qua propter probe poeta cum achillis iram ſedare uellet: quam in hectorem iam mortuum gerebat: dixit. ſurdam enim terram iratus uexas: ex his patet ars ſedandi iudices: aut quos uis alios iratos. Cum enim eos præparauerimus modo quo iraſcentes ſe habent: & aduerſarios modo quo ſe habent illi: quibus iraſcimur: ex dictis locis: & rebus: auditores ad iram prouocabimus: ergo contra cum auditores præparabimus modo quo ſe habent mites: & etiam nos uel noſtros modo quo ſe habent quibus miteſcunt ex dictis rebus & locis: eos ſedatos facimus. Sedamus autem miteſcꝙ ipſos facimus: cum oſtenderimus eos: quibus iraſcuntur: aut timendos: aut uerendos: aut gratos eſſe: aut inuitos feciſſe: aut factum dolentes. Hæc de arte ſedandi iram. Poſt hæc de amicitia & amore: & de arte trahendi homines ad amorem: atꝙ amicitiam: conciliandiꝙ inimicos.

¶ Enunciatum. IIII.

¶ Sit amare uelle alicui quæ bona putat: non ſui: ſed illius gratia: eorumq́ꝫ actiuum eſſe inquantum poteſt. Amicus autem: qui amat: & redamatur. Quare eum: qui & in bonis congratulatur: & in dolore condolet: non alia de cauſa: niſi illius: amicũ eſſe neceſſe eſt. Electa uero: quibus cum ſint: amicos oſtendere: & cum non ſint facere poſſumus. Accipiuntur a dilectione: a iocunditate: a ſimilitudine: a ſtudioſitate: & uirtute. Ab amore: a ſtudioſitate in amicos: amicitie ſpecies ſunt: ſodalicium: familiaritas: propinquitas: neceſſitudo: & quæcunq́ꝫ huiuſmodi. Amicitiam autem efficiunt gratia: & ſi feceris non rogatus: & ſi non ſignificaueris: cum feceris. Inimicitiam autem: & odium ex contrariis eſſe: perſpiciendum eſt: inimicitiæ & odii efficientia ſunt: ira: detractio & calumnia.

¶ Sit igitur amare uelle alicui quæ bona putat: nõ

ſui gratia:ſed illius:cui uult illa bona. Dico bona:qa uelle alicui mala eſt odiſſe: dico quæ bona putat: quoniam error eſſe poteſt in cognitione bonorum: ſatis autem eſt:ut uelit illi bona:quæ ipſe putat eſſe bona:dico non ſui gratia:ſed illius: quia ſi uolumus alicui bona:quatenus illa redundant in utilitatē noſtram:eum cui illa uolumus:non amamus. Nec ſufficit ad amorem:ut uelimus alicui bona illius gratia ſed oportet amare noſtrum eſſe actiuum eorū bonorum inquantum fieri poteſt:alioquin non amaremus:cum non procuraremus bona ei:ut nobis ꝓcuramus. Hinc patet amicum eſſe eum:qui amat & redamatur. Nam amicos ſe putant:qui ſic ſe adinuicem habere putant. Quare eum qui in bonis congratulatur:& in dolore condolet:non alia de cauſa niſi illius:amicum eſſe neceſſe eſt. Omnes enim gaudent:ſi ut uolūt:fit. Si contra:dolent. Ex his patet: quæ amicitiæ ſigna ſunt:nam dolores cōmunes:& cōmunes uoluptates amicitie ſigna: quoniam ſunt ſigna unius & eiuſdem uoluntatis: quæ amicorum eſt:eſt enim amicorum unum uelle:& unum nolle. Loca uero & electa:quibus cum ſint: amicos oſtendere:& cum non ſint: facere poſſumus: ſunt generatim quattuor. primus quidem accipitur a dilectione:cuius ſunt electa particularia plura:ſunt enī primo amici:quibus iam eadem bona ac mala ſunt. Secundo & qui eiſdem amici:& qui eiſdē inimici ſunt: eſt enim dilectio:& uelle unum. Tertio qui quæ ſibi uult: eadē alii uult: nam hac ipſa de cauſa illi amicus eſſe uidetur. Quarto amamus eos:qui uel bene

fecerunt aut nobiſipſis: aut iis: qui noſtræ curæ ſunt: preſertim ſi magna: ſi libenter: ſi temporibus huiuſmodi: & oportunis: noſtriq́ue gratia. Quinto amamus: quoſcunq́ue nobis benefaciendi uoluntatem habere opinamur. Sexto amamus amicorum amicos. Septimo amamus amantes quos nos ipſi amamus: utpote eos: qui amant propinquos uel filios: libros: & opera noſtra: & id genus. Octauo amamus amatos ab his: qui nos amant. Nono amamus eos: qui oderunt: quos ipſi odio habemus. Decimo amamus inimicos inimicorum: nam his omnibus eadem eſſe bona & nobis uidentur: uolunt enim ipſis amicis bona: quod uelle eſt amici. Vndecimo amamus beneficios in pecunia: & ſalute: quo circa liberales: ac fortes colunt. Duodecimo amamus iuſtos: tales autem putamus eſſe eos: qui non aliunde uiuunt: utpote: qui non uiuunt ab operando: hoc eſt nec agricultura: nec alia arte: qui enim uiuunt propriis facultatibus: putamus iuſtos. Decimotertio amamus modeſtos: quoniam modeſti ſunt non iniuſti. Decimoquarto amamus non curioſos: non enim ſe intromittunt de noſtris: nec ſunt contemptores. Decimoquinto amamus: qui uirtute excellunt: potiſſimum: cum uolunt eſſe nobis amici: & ſic amamus claros: uel apud omnes: uel apud optimos: uel apud eos: quos ipſi admiramur: & in his: in quibus eos admiramur. Hæc electa a dilectione accipiūtur. A iocunditate autem plura ſunt loca: amamus enim primo iocundos in conſuetudine conuerſatione diutur

na:quales ſunt faciles: & neq; peccata redarguentes:neq; contentioſi: neq; pertinaces: nam omnes pugnaces ſunt: pugnantes uero: non eadem: ſed oppoſita uelle uidentur. Secundo amamus tam illudere quam ſufferre aptos: ſunt enim iocundi: ad eadem enim utriq; tendunt amici:cum illudi: & illudere apte poſſunt. Tertio eos:qui pręſentia bona laudant:& ea maxime: quæ timemus amittere: ſunt enim nobis illa chara:cauſa autem: quia tales ſunt iocundi. Quarto amamus mūdos facie:ueſte: tota uita:quoniam ſunt iocundi. Quinto amamus non exprobrantes nec errores:nec beneficia:utriq; enim arguendi cupidi ſunt. Sexto eos amamus: qui maleficia obliuiſcuntur:quoniam crimina memoria non tenent:ſed facile reconciliantur:nā quales ipſos erga cæteros eſſe putamus: tales etiam in nos futuros arbitramur. Et ob hāc cauſam romani amarūt Cæſarē:qm iniurię facile obliuiſcebať. Septimo amam⁹ nō maledicos. Octauo amam⁹ tā aliorū q̄ ſua mala ignorātes:ſed non bona:id enī agere boni:& iocūdi eſt. Decimo amam⁹ nō cōtradicētes iraſcētib⁹: aut ſtudioſe qcq̄ agētibus. Pugnaces enī & nō iocūdi:q ſic faciūt. Vndecimo amamus eos:q ſic affecti ſunt:ut nos admirenť:uirtuteq; preditos putēt:nobiſq; gaudēt:ac ita maxime his in reb⁹ affecti ſūt:in qb⁹ magnope uolum⁹ ſtudioſi admirationeq; digni ac iocūdi uideri. hactēn⁹ de locis ab ipſa ocūditate. a ſilitudine uero:pmo nos amam⁹ ſimiles:eademq; pfitentes: niſi turbent:& niſi eadem ex re uitæ ſubſidia conſequantur. hoc.n.pacto il

lud Heſiodi fieret figulus figulo: nam aīalia eodē cibo uiuētia mutuo ſeſe oderūt.ii.amamus ēt eadē cupientes:ſi poſſibile ſit ſimul ipſos eiſdem pticipare.ꝙ ſi non eēt poſſibile:idem heſiodicū ſimiliter ſeqtur:figulus figulo.unde poeta riualem poſſem non ego ferre iouem.hæc de locis a ſimilitudine: a ſtudioſitate atq; uirtute:nos amamꝰ Primo eos: qui non uerenť dicere & defendere ea:quæ ad noſtrā gloriā pertinēt ii.eos:apud quos in reuerētia ſunt:quæ ad ueritatem pertinēt.iii. amamus eos: apud quos iactabundi ſumus.iiii.amamus eos: q nos uellent æmulatores ſed nō inuidos:aut q nos amant:aut amici eē uellent.v.eos:qui bona cooperantur ne ſibi & nobis maiora eueniāt mala hæc de locis a ſtudioſitate atq; uirtute. de electis uero & locis: quæ ſumunť ab amore: dicamus qđ nos amamus eos:qui abſentes:atq; pręſentes ſimiliter diligūt.ii.nos amamus:qui in defunctos huiuſmodi ſunt:hos.n.cuncti amant: tanq̄ ueriores amicos:cum ēt defunctos diligant.hęc de locis ab amore.de locis uero qui ſumunť a ſtudioſitate in amicos:dicamus ꝙ nos amamus eos:qui ſtudioſi ſunt nimium in amicos: neq; derelinquentes. nam ex omnibus bonis:bonos amicos ſummopere diligemus.ii.eos amamus:qui nihil nobis fingunt: neq; diſſimulāt:cuiuſmodi ſunt:qui uel mala ſua nobis aperiunt: dictum enim eſt non uereri homines ſi apud amicos:quæ ad gloriam aperiūt:qui enim ueretur:non amat: qui non ueretur amāti ſimilis eſt. Tertio amamus non timendos: & quibus confidimus:

mus:nullus.n.amat:quem metuit:hæc de electis: quibus amicos eē cognoſcere poſſumus: & ſi non ſunt:facere. Amicicię uero ſpecies ſunt ſodalicium: familiaritas:neceſſitudo:propinquitas:& aliæ multæ:đ quibus nono ethicoꝝ. Sodalis quidē ē:ſocius in rebus leuioribus quaſi una ſedens: inde ſodalitium cicero:cōuiuium appellat.familiaris uero:amicus eſt nobiſcum uerſans: & diuturna conſuetudine nobis aſlictus:quaſi in eadem familia nobis cōiunctus. Propinquus autem:qui nobis uinculo affinitatis eſt in amore coniunctus. Neceſſitudo autem ueram & ſtrictam amiciciam ſequitur cicero cum ait ſibi cum æquitibus romanis neceſſitudinē eſſe.hæc de ſpeciebus amiciciæ. Cauſæ:quæ faciūt amiciciam:prima eſt gratia:ingratitudo enim extiguit amiciciam.ſecunda.ſi quod feceris amico:non rogatus feceris.iii.ſi quod feceris:non ſignificaueris:ſic enim illius gratia uideris & non ob aliud feciſſe. Hactenus de amicicia.inimiciciam autem & odium ex contrariis eſſe electis:cauſis:& locis perſpiciendum eſt : ſunt autem inimiciciæ efficientia: potiſſimum:ira:& eius ſpecies.ſ.deſpectus:detractio:calumnia ſiue contumelia:& horum ſpecies. debēt autem ira & odium.primo quidem: quoniā ipſa ira ex his eſt:quæ ad nos ipſos pertinent :iratus enim alteri malum uult non per ſe: ſed quatenus illud malum habet ordinem ad uindictam. odium uero etiam ſiue hōi: qui enim odio alterum habet:illiſ malum uult abſolute : non in ordine ad

uindictam.dato enim q fur nunq̄ nos offende/rit:eum odio habemus. non cauſa ultionis: ſed utexterminetur.ii.differentia eſt:quia ira ſemper inſingulos ut ſocratem & calliam.odium etiam in genera eſt.omnes nāq; calumniantem atq; furē oderunt:quę genera ſunt.iii.ira tempore eſt ſanabilis:odium autem inſanabile.ira.n.ultione extinguit:odium uero:non:niſi exterminatione.iiii.ira dolorem inferre cupit:odium uero affligere:& exterminare potius.v.qui iraſcitur:cognoſci uult: hic uero non curat.vi.qui iraſcitur:dolet:qui uero odit:non dolet.ſunt.n.cuncta:quæ dolorem faciunt:ſenſibilia:quæ uero odium:uitia ſunt: quæ quidē nō ſunt ſenſibilia:ueluti iniuſticia & amentia: quorum præſentia dolorem nō infert.quare triſtia dolorem faciunt:uicia uero non:& ideo qui iraſcitur:dolet:qui uero odit:non dolet.vii.iratus multis modis miſerabitur:qui odit:nullo pacto: nam iratus eum dolere uult:cui iraſcitur:hic uero:quem odit:uult non eſſe.hæc ſunt:quibus ira: & odium different.ex his colligitur ars:qua ſi aliqui homines ſūt amici:oſtendere poſſumus ex dictis electis:& locis eos eſſe tales:ut a dilectione:a iocunditate:a ſimilitudine:ab amore a ſtudioſa uirtute:a ſtudioſitate in amicos.ex eiſdem electis patet etiam ars:qua cū aliqui non ſunt amici:eos poſſumus facere:& cum ſe eſſe amicos ſignificant:eos diſſoluere.ſ.cōtrariis locis:interpoſitiſq; cauſis iræ.præparabimus eni auditores modo quo ſe habent amātes:alios quos

uolumus ut ament:modo quo ſe habent qui digni amore ſunt:& ad amiciciam ducemus: contrariis uero locis contraria præparabimus:quare patet ars conciliandi inimicos:& diſſoluendi amicos: & quibus electis poſſumus trahere hoĩes ad amorē & beneuolentiam erga nos.poſt hęc de timore:de q̃ arte inducendi potentes:in timorem.

¶ Enunciatum. V

¶ Sit timor ex imaginatione futuri mali corruptiui aut dolorem inferentis perturbatio quædam aut dolor. timenda uero ſunt:quæcunq; terribilia ingentes uidẽtur de prope habere uires corrumpendi: aut ita nocendi:ut nocumentum ad ingẽtem tendit dolorem: amplius horum ſigna timenda:quæ pericula ſunt. timendi uero ſunt:inimici:& potentes iniurias facere.timent uero qui ſe aliquid paſſuros arbitrantur:& ab iis:& hæc:& tunc. inducimus potentes: atq; audiotes: q̃n opus eſt:in timorem cum ipſos tales reddim⁹: ut credant ſe pati poſſe.

¶ Timor igitur eſt perturbatio quædam: aut do lor: qui proficiſcitur ex imaginatione corruptiui futuri mali: aut dolorem inferentis. dico ex imagi nation futuri mali corruptiui quo ad corpus: aut dolorem inferentes quo ad animum. timemus eni non modo: que corpus corrumpere: aut lædere: ſʒ quæ dolorem menti inferre poſſunt. non. n. cun cta mala timemus: non enim timemus criciam ſi erit iniuſtus: quando nihil aliud habet præter iniu ſticiam: ſed quæcūq;: cum adſunt: uel magnos do lores. ſ. mēti: uel corruptiones. ſ. corpori adducūt. nec timemus criciam ſi tardius eſt: non enim time mus ea: quæ longe abſunt: ſed quæ prope uidenť: ut iam impendeant. remota nāq; nimium non ti memus. omnes. n. ſciūt ſe morituros: uerum quo niam non prope: iccirco non curant. ex his patet definitio timoris. eſt. n. timor perturbatio quædā aut dolor ex imaginatione futuri mali de prope corruptiui uel dolorem de prope inferentis profi ciſcens. hæc de timoris definitione. timenda uero ſunt ipſa terribilia & eorum ſigna: quæ pericula di cuntur. terribilia ſunt quæcunq; ingentes uires ha bere uidentur corrumpendi de prope: aut ita no cendi de prope: ut nocumentum ad ingentem ten dat dolorem. ſigna etiam iſtorum timenda ſunt: p pe namq; oſtendunt eſſe: quod timetur. hæc autē ſigna ab Ariſtote. pericula dicuntur: nam pericu lum eſt timendæ rei appropinquatio. pericula ſūt inimicicia: ira potentium: iniuſticia: uires habens:

uirtus contumeliis affecta.uires habens.loquor d uirtute non ꝓprie: ſed ꝓ ſapientia:de qua loquit̃ Ariſtote.primo politicę:quæ cum eſt in prauo ho mine peſſima eſt.ergo timendi ſunt inimici:cum ui res habent:potentes:iniuſti uires habentes:ſapiē tes contumeliis affecti & uires habentes: cum eni non lateat uelle:ac poſſe ipſos: ꝓpe iam ad facien dum ſunt.ſpeciatim uero timendi ſunt conſcii eoꝝ quæ perperam fecimus:nec aut dicāt aut deferāt. ii.potentes ſemp iniuriari terribiles illis ſunt: qui poſſunt iniuriis affici.homines nanq; (ut plurimū cum poſſunt) iniuriantur.iii.qui paſſi iniurias ſūt uel qui putant ſe paſſos:timendi ſunt. ſemper eni oportunitatē expectant.iiii.timendi ſunt:qui no bis iniuriam intulerunt ſi uires habent: dubitātes ne contra ipſos iniuria referatur:quod terribile ac timendum eſſe ſuppoſitum erat.v.timendi ſunt q a maioribus timentur:nam ſi a maioribus timen tur:a minoribus ſunt timendi. quoniam poſſunt: minoribus magis quā maioribus obeſſe.vi.timen di ſunt:qui maiores interemerunt: ſi enim maio res interemerunt:& minores quā ipſi ſunt aggre dientur eadem de cauſa.nam aut iam terribiles fa cti ſunt:aut fient:cum creuerint.vii.ex affectis in iuria:& inimicis:ac aduerſariis:non qui acutæ iræ ſunt:atq; minaces: ſed tranquilli: diſſimulatores: uerſuti.latent qui prope.viii.timendi ſunt: qui cū errauerint:eos non poſſis corrigere:quoniam cor rectio in eis eſt impoſſibilis.ix.timendi ſunt ei:con

tra quos auxilia non ſunt:aut non facile ſunt: hæc de timendis:quomodo uero affecti timeamus: dicamus:ſi ergo timor eſt cum expectatione corruptiuæ paſſionis:manifeſtum eſt neminem timere: cum arbitretur nihil contra ſe paſſurum: nec eos timere a quibus nō putant ſe paſſurum: nec tunc paſſurum: quando non putat:ergo a contrario neceſſe eſt eos timere:qui ſe aliquid paſſuros: arbitrentur: & ab his: & tunc: qua ratione fit ut non putent ſe quicquam poſſe pati:qui in ampla fortuna ſunt:qui iccirco contumeliatores:contemptores:ac audaces ſunt. Tales uero efficiunt diuitiæ:uires:potentia:amicorum multitudo. amplius nec timent qui putant ſe perpeſſos eſſe omnia grauia: quorum ſpes extincta eſt pænitus: ueluti qui iam in ſupplicio ſunt: ut decapitandi: uel ſuſpendendi: uel cruciandi. nam opus eſt ſalutis ſubeſſe ſpem pro quo horreſcunt: cuius ſignum:quia timor ad conſulendum inducit. nemo enim de re conſulit: de qua nulla ſpes apparet. ergo qui in ampla fortuna ſunt: & qui ſpe ſunt omnino deſtituti: non timent. De arte uero inducendi potentes: & audaces in timorem: quando opus ſit: dicamus tales ipſos debere reddere timidos: ut credant ſe pati poſſe. Quod a quinqꝫ locis argumentari orator poteſt. Primo cum & alii longe maiores ipſis paſſi ſint:ut Cæſares:ut Alexandri:ut Ptolemæi.ii.cum per exempla oſtendemus ſimiles aut pati:aut paſſos:ut Dioyſios: Pha

larides: Alexandros Phereos.iii. & ab his: a qbus non putabant.ut Cæſar a bruto:quem filium arbitrabatur.& Alexander ab antipatri filio quem educauerat.iiii.& hæc:quæ non putabant:ut ſcipio:qui patriam liberauit:exilium:Cæſar: qui mũdum gladio uicit: mortẽ ex gladio. Quinto & tũc cum non putabant:ut Cæſar:cum parthos debellare decreuerat: & Alexander uiridi in ætate ac florida:ſic exemplis uirorum:& rerum geſtarum memoria potentes atq; audaces:qui uix deum timent prauoſq; iudices in timorem inducere poterimus:poſt hæc de audacia.

❡Enuntiatum. VI

❡Fiducia uero ſpes eſt ſimul cum imaginatione rerum ſalutarium quod prope adſint cum terribilia uel non ſint: uel longe abſint.ſunt autem in quibus confidendum eſt: & pericula cum longe abſunt. & ſecunda cum propæ abſunt. Et præſidia uel multa uel magna:uel utraq;. quare opus eſt (quando melius ſit auditores in confidentiam inducere) tales ipſos

reddere : ut credant ſe nihil paſſuros : uel omnia profecturos.

Quoniã fiducia timori contrariũ eſt: & id: quo confidimus: ei quod timemus: idcirco fiducia ſpes eſt ſimul cum imaginatione rerum ſalutarium: ꝙ ꝓpe adſint: cum terribilia uel non ſint: uel longe abſint. Hæc de diffinitione: cum ex diffinitione cõtrarii pateat. Ea uero in quibus confidendum eſt: generatim quidem ſunt. Primo pericula: cum lõge abſint. Secũdo ſunt ſecunda: cum prope adſint. Tertio ſunt & præſidia uel multa uel magna: uel utraꝙ. Speciatim uero plura ſunt electa. Primum quidẽ: ſi neꝙ affecerint: nec affecti iniuriis ſint. Si enĩ non affecerint: non habent quos timeant. Si nõ affecti: non experti non timent. Secũdum uero: quãdo aduerſarii omnino non ſunt: aut ſi ſunt: non habent potentiam: uel ſi habẽt: eis amici non ſunt: nobis autem ſunt amici: uel benemeriti de nobis: uel de quib9 nos ſumus benemeriti: qui ſi plures nobis tales amici ſint: aut meliores: aut utrũꝙ: confert ad fiduciã. Tertio fidentes ſunt: ſi ita ſe habeant: ut multa geſſiſſe ſe putent: & non periclitaſſe. Quarto ſi ſępius in pericula deuenerint: & euaſerint: dupliciter enim a timore impaſſibiles fieri ſolẽt: aut ꝙ experti non ſunt: aut ꝙ auxilium habeant. Veluti in periculis marinis: & qui inexperti tempeſtatum cõfidunt de futuris: & qui oppitulari ſibi poſſunt: quoniam fuerunt experti. Quinto confidunt: quando

quod terrorem faciens eſt:non terribile paribꝰ eſt:
aut minoribus:aut quibus meliores ſe putant. Pu-
tant autem iis ſe meliores quos ipſos uel eorum pa
res: aut etiam meliores ſuperarunt. Sexto confi-
dunt:ſi plura & maiora ſibi ineſſe arbitrantur: qui
bus cū excedant:timendi ſunt: ea ſunt pecunię ma
gnitudo:corporum uires:opes regionis:atq; amico
rum:apparatus quoq; bellici aut omnes:aut maxi-
mi. Septimo confidunt: ſi neminem iniuriis affece
runt:aut non multos:aut non tales: quales metue-
rent. Octauo uniuerſaliter & maxime confidūt ho
mines ſi pii in deos ſunt:& tam ad cætera: quæ diis
attribuuntur:quā ad omnia & oracula bene ſe ha-
beant. Nam in huiuſmodi eſt: ut ea confidere poſ-
ſit:ea quæ diis attribuuntur:ſunt templa: Aræ: ſta
tue:eleemoſine:& id genus: ad quæ bene ſe habet
homo:cum hæc diis faciunt. Ea omnia in quibus cū
diis & oraculis homo bene ſe habet: eſt nulli feciſſe
iniuriam. afficere enim aliquem iniuria eſt effectuū
diuinæ iræ: porro ut inquit Ariſto. iniuria uexatis
deus opitulari creditis. Quod pie dictum eſt: nam
in ſacris dicitur:mihi uindictam: & ego retribuam.
Hactenus de electis:quibus homines cōfidunt. De
arte uero inducendi fiduciam & audatiam in timē-
tibus:licet ex electis nunc dictis quid dicendum ſit:
pateat: tamen quādo melius eſt auditores in auda
ciam atq; confidentiam inducere: opus eſt tales ip-
ſos reddere: ut credant ſe nihil paſſuros uel omnia
ad uotum perfecturos:quod fieri poteſt: iis electis:

quæ dicta ſunt:& adhuc electis contrariis eis: quibus potentes & audaces in timorem inducuntur: uerbi gratia primo quia alii minores non ſunt paſſi. Secundo quia pares in ſimilibus periculis conſtituti euaſerunt cum honore. Tertio ab his periculis & hominibus pares uel minores euaſerunt:a quibus euadere non putabant. Quarto & hæc pericula ſuperarunt:uel euaſerunt: quæ non putabant. Quinto & tunc:cum non putabant: uel ſic perſuadere poſſumus reducendo & preparando eos modo quo confidentes ſe habent. Primo quia alii minores non ſunt paſſi:qui in maioribus periculis fuerunt. Secundo quia pares non fuerunt paſſi:qui in equalibus periculis extiterunt. Tertio minores uel pares non fuerunt paſſi:quia præſidia ab his acceperunt:a quibus non putabãt. Quarto & talia præſidia:quæ non putabant. Quinto & tunc:cum non putabant. Hæc autem loca fidem facere uidebuntur:ſi exemplis rerum geſtarum probentur:hæc de arte. Poſt hæc de uerecundia: & inuerecundia: & de arte inducendi auditores:& impudentes ad uerecundiam:& pudorem.

¶ Enunciatum. VII.

¶ Sit uerecundia dolor quidam atqꝫ perturbatio ex imaginatione malorũ aut præſentium:aut præteritorum:aut futurorum: quæ infamiam inferant. Inuerecundia ue

ro contemptus quidam eorum:atq; impaſſibilitas. Mala autem in quibus erubeſcũt ſunt:que ipſis:uel iis:qui ſibi curæ ſunt:dedecori eſſe uidentur: qualia a uitio ab inexperientia: a facultate: a ui proficiſcuntur. Verecundamur autem eos: quos multifacimus. Et notos:& ignotos: non tamẽ in eiſdem:eorum uero de quibus communis opinio eſt:quod uere non dicant: homines non pudet:quare opus eſt(quando melius ſit auditores ad uerecũdiã ĩducere) tales ipſos reddere ut credãt ſe ea facere: & apud eos:quæ ſibi dedecori eẽ uidẽt.

¶ Verecũdia itaq; emula timoris eſt:⁊ uernacula. uterq; enim dolor:& perturbatio ex imaginatione mali proficiſcitur:uerum timor eſt ex imaginatione futuri mali corruptiui corporis: uerecundia ex imaginatiõe præteriti uel futuri uel præſentis mali corruptiui famę:& honoris:quam honoris corruptionem uiri glorioſi longe maiorem eſſe exiſtimarũt: quam quæ corporis eſt. Quare recte dictum eſt: quod uerecundia dolor quidam ſit: ac perturbatio ex imaginatione malorum preſentium:

aut præteritorum:aut futurorum: quæ infamiam inferant:& honorem ac gloriam corrumpant. In uerecundia uero contemptus quidam eorum: atq; impaſſibilitas. Quod ſi id uerecundia eſt: neceſſe eſt in iis malis erubeſcere:quæ uel ipſis:uel iis:qui ſibi curæ ſunt: dedecori:& infamię eſſe uidētur:ſunt autem hæc mala:quæcunq; a uicio ab inexperientia:facultate:ac ui proficiſcuntur. A uicio quidem: ut ſcutum auertere ſiue amittere:aut fugere: quoniam hæc a metu proficiſcuntur. Eſt aūt metus uicium fortitudini contrarium. Secundo negare depoſitum:quoniam ex iniuſticia proficiſcitur:etiam ab illiberalitate. Tertio commiſcere ſe quib⁹ nō oportet:ut cum matre:uel ubi non oportet: uel quando non oportet: uicium eſt quod a libidine proficiſcitur:quæ eſt contrarium temperātie. Quarto lucra ex prauis aſſequi:ut expoliare pauperes: aut a turpibus:ut expoliare mortuos: aut ab impotētibus: ut expoliare infirmos ab illiberalitate proficiſcitur. Vnde prouerbium illud eſt: uel mortuo aufert. Quinto non opitulari pecunia:cum poſſis: aut minus quam poſſis:aut iuuari ab his: quibus minus facultas & pecunia eſt. Et mutuo accipere:cum petere uidearis:ut Tyrānus facit qui petere uidetur: & mutuo accipit: & petere pecūniam cum exigere uidearis:& exigere:cūm petere:omnia hæc tyranni noſtri faciunt. Hæc enim omnia illiberalitatis iudicia ſunt. Sexto laudant ut petas:nam præſentem laudare adulationis eſt. Præterea adulatio eſt ſi bo

na nimis laudes:& praua delinias. Amplius adula- tio eſt ſi uehementius dolenti cõdoles:cæteraq̃ hu iuſmodi:cuncta enim adulationis ſunt ſigna. Septi mo dedecori & infamiæ eſt: ſi labores non feres: quos aut ſeniores:aut qui in delicüs uiuunt:aut qui maiore ſunt in poteſtate: ac uniuerſaliter imbecil- liores. Omnia enim hæc mollicici ſigna ſunt. Octa uo dedecori & infamiæ eſt ab alio beneficia ſuſcipe re:& ſępius:quæ tu benefeceris exprobare. Hæc omnia puſillanimitatis:deiectioniſq̃ ſigna ſunt. No no dedecori & infamiæ eſt: de ſe quoq̃ multa di- cere:ac polliceri:& aliena ſua eſſe prædicare: nam arrogantis hæc ſunt:eodemq̃ modo dedecori & in famiæ ſunt: in cæteris morum uiciis opera: ſigna: comparia:turpia enim ſunt:& effectiua uerecũdiæ: hæc de locis a uiciis.ab inexperiẽtia uero:dedecori & infamiæ eſt: eorum bonorum eſſe expertem:de quib9 omnes:aut pares oẽs:aut plurimi participãt: pares uero appello eiuſdem gentis:ciuitatis:ætatis: propinqtatis:& uniuerſaliter in ęqualitate conſtitu tos:turpe nãq̃ ſi eorum nõ particeps ſis: quorum pares participes ſunt. Veluti diſciplinę:& ceterorũ id genus:que omnia maiorem inferunt ignominiã ſi eorum bonorum particeps nõ exiſtens: in cauſa ſis malorum atq̃ turpium præteritorum uel præ- ſentium: uel futurorum. Hæc de his locis: quæ ab inexperientia accipiuntur. A ui etiam:nam patien tes:aut paſſi:aut paſſuri quæcunq̃ in ignominiam: atq̃ opprobria ducunt uerecundantur: potiſſimũ

ſi ipſis non conueniunt: ſunt autem hæc: quæ ad/ miniſteria pertinent uel corporis: uel operum tur/ pium: quæ uituperationem pariunt: ut lenocinium macellum: carnificium: & id genus. Amplius inter hæc ſunt: quæ ad libidinem pertinent: nam in his uolentes: & inuiti ignominiam patiuntur. Ignauie enim timiditatiſq; eſt hæc ſufferre: ac perpeti: & nõ defendere. Quę igitur uerecundemur: hæc & alia talia ſunt. Poſt hæc quos uerecundemur: exponã/ mus: quoniam igitur uerecundia imaginatio eſt de ignominia: & de hac ſui gratia: & non propter euen tus: nemoq; de opinione curat: niſi propter opinã/ tes: ideo eos uerecundari neceſſe eſt: quos nos mul tifacimus. Multifacimus autem qui nos admiran/ tur: & quos admiramur: & quos uellemus: ut nos admirarentur. Sunt autem iſti a quibus honorari cupimus: & quorum opinionem: quam de uirtuti/ bus noſtris habent: non contemnimus. Eos uero admiramur: qui aut bonorum honorabilium quic quam habent: aut earum rerum domini ſunt: quas ipſi uehementer cupimus: ut amẽtes: ad pares qui dem gloriantur. Prudentes autem tanquam uera/ ces magnifacimus: quales ſunt ſenes aut docti. Eru/ beſcimus dico tam in his: quæ oculis cernunt: quam in his: quæ eis patent. Vnde prouerbium uerecun/ dia eſt in oculis: hac ratione affuturos: & obſeruan tes nos magis uerecundamur: quoniam utriq; præ oculis. Tertio uerecundamur eos: qui eidem tur/ pitudini: cui nos ſumus: non ſunt obnoxii: credi/

mus enim errãtes cõtraria illis uideri. Quarto ue
recundamur eos: qui non facile: igooſcũt. Non eni
indignamur: cum alii ea faciunt: quæ nos ipſi. indi-
gnamur autem ſi non faciunt. Quinto uerecunda-
mur eos: qui ad multos libẽter efferre ſolent: quæ
perceperunt. Nihil enim intereſt inter non uideri:
& non efferri: huiuſmodi autem ſunt: & iniuriis op
preſſi: quoniam obſeruant: & maledici: nam ſi ma-
ledici ea turpia: quæ innocentium ſunt efferunt:
multo magis nocentium. Sexto ueremur eos: qui
uitam in peccatis aliorum agere uidentur: quales
ſunt: qui omnia uidere ſolent: & ſatyrici & comæ-
di: omnes enim ſunt maledici & libenter efferen-
tes. Septimo uerecundamur: quos nunquam fru-
ſtra rogauimus: putamus enim eos noſtri admi-
ratione effectos eſſe. Octauo eadem ratione ue-
recundamur eos: quos nunc primũ aliquid roga-
mus: quoniam nundum quicquam ab ipſis peti
uimus: quales ſunt: quorum modo uolumus no-
bis amorem conciliare: ideo probe ſyracuſanis re
ſpondit Euripides. Et ueteres familiares: ſi nul-
lius rei conſcii ſunt. Nono pudet homines nõ dicta
rũ ſolummodo rerum: ſed etiã ſignorũ: ut non ſolũ
rem ueuereã agẽtes: uerũ etiã uenerea ſigna: nec ſo
lum turpiter facientes: ſed dicentes quoq;. Nec eos
(qui prædicti ſunt) uerecundamur: ſed eis etiam ſi
gnificaturos ut eorum ſeruos atq; amicos. Verre-
mur quos diximus: & notos & ignotos: non ta-
men in eiſdem: ſed notos in his: quæ ad ueritatem

pertinere uidentur:ignotos uero in his:quæ ad fa mam.notos.n.qui nos cognoſcũt i re ipſa: ignotos uero:qui non niſi p famam cognoſcũt. eorũ uero de qbus cõis opinio eſt:ꝙ nõ uere dicãt:non.nemi né.n.beſtiaꝝ puerorumq; pudet.hæc de eis: quos uerecundamur:quo uero affecti erubeſcamus: fa cile patet:erubeſcimus.n.ſi tales ad nos ſunt:qua les eſſe diximus:quoſq; uerecundamur:ut quos ad miramur:& qui nos admirãt:aut quos uellem⁹: ut nos admirarẽt:aut quoꝝ in re aliqua egemus: quam non aſſequemur:ſi erimus infames: & illos uel oculis uidentes:ſicut cydia de ſamioꝝ agroruꝫ diuiſione ad populũ dixit.rogabat.n.athenienſes: ut circunſtarẽ græcos fingerẽt:nec quaſi audituros ſolum:uerum ẽtiam uidentes decretum ſuum:uel ſi prope ſunt:uel ſi ſenſuri.hac rõne cum in aduer ſa fortuna ſumus:nunq̃ uellemus ab æmulis uide ri:admirari.n.æmulos ſolem⁹.præterea afficimur pudore:cum res geſtas hẽamus:quas contaminare uidemur:aut noſtras:aut maiorum: aut aliorũ cũ quibus aliquã neceſſitudinem habemus: aut omni no eorum quoꝝ nos puderet:quales ſunt:quos iã ſignificauimus:& coꝝ:qui a nobis conſtituti ſunt: qui ſunt doctores aut conſiliarii noſtri. & ſi q alii huiuſmodi ſunt: quos nobis honorificos puta mus.omnium.n.horum:cum res geſtas contami nare uidemur:pudore afficimur:nam cum ꝓpter hos pudeat:multa facimus:& non facimus. Præte rea cum uiſum iri neceſſe ſit: in apertoq; uerſari

uerecundi

uerecundi magis propter cõſcientiam ſumus: hinc poeta antipho ad ſupplicium a Dionyſio miſſus: cum eos uidiſſet: qui ſecum morituri erant: capita uelaſſe per portas exeũtes: quid ita faciem inquit occultatis: an ne cras quiſpiam horum nos uideat. patet ergo quomodo affecti erubeſcamus. quare opus eſt (quando melius ſit auditores ad uerecundiam inducere) tales ipſos reddere ex his locis & electis: quales affecti uerecundia ſunt: & ut credãt ſe ea facere: quæ ſibi dedecori & infamiæ ſunt: ex his locis: per quæ hæc oſtendimus: & apud eos ea turpia agere: quos uerentur. p hæc.n.tria impudẽtes ad pudorem: & inuerecundos ad uerecundiam facile eſt iducere: hactenus de arte. poſthæc de gratia: & de arte inducendi potentes ad faciẽdas grãs:

¶Enuntiatum. VIII.

¶Sit igitur gratia: per quam dicimur roganti gratis aliquid facere: non pro re alia: nec ut nobis quicquam faciamus. ſed ut cui facimus. magna uero erit: aut quia rogantes egeant nimium: aut quia quæ rogant: magna & difficilia ſunt. rogationes autem appetitiones ſunt: harumq; maxĩe que ſunt cum dolore eius: quod non fit: quales cupiditates ſunt. quas ob res: qui

in paupertate ac in exilio fuerunt: etiam ſi qua fecerunt: tamen propter petitionis magnitudinem: atq; tempora: gratias interdum faciunt. Quod ſi patet quando: & in quibus: & qualiter ſe habentibus gratia fit: patebit ad inducendum auditores: iudices: aut potentes ad faciẽdas gratias: eſſe demonſtrandum eos (pro quibus gratiam petimus): eſſe in huiuſmodi inopia uel dolore: extitiſſeq; aliqñ nõ nullos ĩ ea inopia: & ſuccurriſſe tale quid facientes: patet etiam hinc: quibus locis tollere gratiam poſſumus: & non gratificatos oſtendere.

¶ Vt intelligat̃ quid gr̃a ſit: dicamus: q̄ eſt pſona: quæ gratiam facit & dat que etiam dici poteſt gratificans: ut rex uel princeps: eſt perſona: quæ gratiam accipit: & eſt ipſa gratia: uerbi cauſa ſi quis capitis pæna condemnatus: peteret regi: ac rogaret: ut non decapitaretur. ſi rex concedat: gratia erit liberatio: accipiens gratiam: erit perſona: quæ liberabitur: dans ac faciens gratiam: erit rex. ergo ĩ gra

tia:cum ſit aliquando ſubuentio indigentibus col-
lata aliquando beneficiũ:ideo deſcribitur:ꝙ ſit p
quam dicimur roganti gratis aliquid facere: non
diximus beneficium:uel ſubuentionem:ſed id eẽ
per quod dicimur roganti gratis aliquid facere.di
ximus gratis:quoniam non pro re alia facienda ẽ:
eſſet.n.mercatura:aut id genus:ſed debemus eam
facere:non ut quicquam nobis:ſed ut faciamus ei:
cui facimus.gratia magna erit: aut quia rogantes
egeant nimium:aut quia:quæ rogãt: magna & dif
ficilia ſunt.magna autem & difficilia eſſe poſſunt:
aut ſimpliciter:aut pro tempore:aut pro loco: aut
pro mõ:quia qui dat gratiam:ſolus dat:& non cũ
aliis:aut quia primus dat:aut quia licet alii debet:
ipſe maxime dat. Rogationes uero appetitiones
ſunt eius:qui rogat': & earum rerum maxĩe: quæ
ſunt cum dolore eius rei:quæ non fit: uel non tali
ter fit:ut eſt appetitio:tales rogationes ſunt cupi-
ditates:ut ĩ amorib⁹ ĩ corpꝑis afflictõibus:& in pi
culis.piclitãs.n.cupit:ſimiliter & amans:& dolẽs.
Ex his patet:quomodo affecti ſint:qui gratias pe
tunt:ſunt.n.cupientes aut aliquid ſimpliciter: aut
pro conditiõe & qui ſint:qui gratias dare poſſunt:
omnes enim qui ſubuenire:aut beneficia conferre
poſſunt:gratias etiam dare poſſunt.patet inſuper
quas ob res qui in paupertate: ac in exilio affue-
runt.& ſi nunq̃ parua fecerĩt: tamen propter pe-
titionis magnitudinem: aut pp tempora: aut pp
locum:interdum magnas gr̃as dediſſe:ac feciſſe:ut
ille qui in lycio fiſcellã dedit.Q đ ſi manifeſtum ẽ:

quãdo:& in quibus:& qualiter ſe habentibus gra/tia fit:patebit ad inducẽdum auditores:iudices: & potentes ad faciendas gratias:eſſe duobus locis fa ciendũ:primo demoſtrando eos ꝑ quibus gratiam petimus eſſe in inopia ac dolore talibus ut dictum eſt.ſ.maximis:aut ſimpliciter:aut pro conditione: ſic.n.demonſtrando eis gratiæ magnitudinem: ad gratiam faciendam incitabimus.unuſquiſꝗ.n.ap/petit ſemper magna facere: eſt.n. homo aialium maxime ſua natura exceſſum appetens: ut.ii.lib. diximus:dum de iocundis ſcripſimus: ſecundo lo/co perſuadebimus ab ipſa remuneratione atꝗ gra titudine:demonſtrando:ꝙ licet homines pro qui/bus gratiam petimus:ſunt:aut fuerint in huiuſmo di dolore ac inopia:quandoꝗ homines deiecti:at ꝗ inopes gratias magnas fecerunt:ut ille:qui in ly cio fiſcellam dedit:hoc.n.modo oſtendendo & re munerationem & gratitudinem:concitabimus iu/dices ad gratiam faciendam:nam ſicut ingratitudo diſſoluit amorez:ita remuneratio:ac gratitudo cõ ciliat:& amorem & beniuolentiam:ualent autem hæc loca maxime:quando exemplis rerum geſta/rum corroborabuntur.patet etiam hinc quibus locis tollere:aut impedire gratiam poſſumus: aut non gratiam fecientes oſtendere: primo dicendo: ꝙ ſi gratiam fecerint:ſui cauſa fecerit.ii.ꝙ fecerũt: aut facerent:quod gratia non erat.iii.quoniã for/te caſu incidit:ꝙ facerent:uel fecerint:uel facerent. iiii.ꝙ coacti fecerunt:aut faciunt:aut facient:quo/niam non dederunt:ſed reddiderunt quid ꝑ quo

v.quia non dederunt hoc:quod eſt gratia:uel tan tum uel tale:uel quando:uel ubi erat gratia. ſigna uero:quibus demonſtrare poſſumus aliquid non eſſe gratiam:primum eſt:quia non fecit minus: er go ſi hoc fecit:non gratis fecit. ſcd'm ſi inimicis hęc uel maiora fecit:patet.n.nec iſta noſtri cauſa.iii.ꝙ fecit:qa parua cognouerit nemo.n.rogare de par uis fatetur. Ex his patet ars:poſt hæc de miſericor dia:& commiſeratione:atq; de arte inducendi di ros ad cōmiſeratiōnē ac miſericordiam:dicendū.

¶ Enuntiatum. IX

¶ Sit ergo commiſeratio dolor quidam ex apparenti malo corruptiuo: ac dolorem inferente in non dignum pati:quod ipē putabit poſſe pati:uel ſuorum aliquē: idq; ſic:ut propinquum uideatur. Qui miſeraturus ē:eum huiuſmodi eſſe oportet: ut putare poſſit:aut ſe aut ſuorum aliquē mali quicquam habiturum: malumq; huiuſmodi : quale definiendo diximus : aut idē:aut ſimíle.miſerabilia uero:quæ ſint: patet ex definitione.

¶ Sunt qui inter miſericordiam & cōmiſerationē differentiam faciunt:ꝙ miſericordia ſit alienæ mi

ſeriæ quædam in noſtro corde compaſſio: qua (ſi utiq̃ poſſimus) ſubuenire compellimur. ſtoici miſericordiã. inter animi uicia computa nt: unde ſeneca: uicium: inquit: animi eſt miſericordia: nec miſerebitur ſapiens: ſed ſuccuret. quã partem. M. Tullius in. iii. tuſcu: confirmat: ſi ſapiens in egritudinẽ cadere poſſet: & in miſericordiam poſſet: & in inuidentiam. in oratione uero pro ligario in laudem Cæſaris inter uirtutes enumerauit: cum dixit: nulla de tuis uirtutibus plurimis: nec gratior: nec admirabilior miſericordia eſt. Ariſto. autem non uirtutem: nec uicium miſericordiam aſſerit: ſed laudabilem & honeſtum affectum. Ideo eam ſic finit q̃ ſit dolor quidam ex apparenti malo corruptiuo: ac dolorem inferente: in non dignum pati: quod ipſe putabit poſſe pati: uel ſuorum aliquem: idq̃ ſic: ut propinquum uideatur. Qua ratione autumat tria de miſericordiæ: ratione eſſe: ex parte quidem miſerantis dolorem ſeu compaſſionem: ex parte: uero eius: quem miſeratur: indignitatem: debet. n. indignus eſſe: ut id malum paciatur: ex parte deniq̃ mali: quod patitur: qualitatem mali. nam malum. quod patitur: corruptiuũ eſſe oportet: ac dolorem inferens: & tale: quod (qui miſeratur) putet uel ipſe ſe: uel ſuorum aliquem poſſe pati: & q demprope. niſi. n. hæc tria affuerint in dolore: miſericordia ab Ariſtote. non dicitur. commiſeratio nem uero arbitrant̃ miſericordiæ ſignificationẽ: qua ex alicuius ĩfœlicitate mouemur: cum. ſ. uel aſpectu alicuius: uel oratione: uel ẽt cogitatione ad

ducimur:ut eius miſereamur.liuius li.i.Agmē mi grantium impleuerat uias:& cōſpectus alioꝝ mu tua commiſeratiōe integrabat lachrymas. Ariſto te.autē(ut arbitror)nullam fecit differentiā.hæc de diffinitione.ex qua colligitur:quis miſeraturus ſit:ſi.n.aliquis miſeraturus ſit:eum huiuſmodi eē oportet:ut putare poſſit:aut ſe:aut ſuorū aliquē mali quicquam habiturum:uel prope pati poſſe. malumq; huiuſmodi:quale difiniendo diximus.ſ. corporis corruptiuum:uel menti dolorificum:aut idem:aut illi ſimile.hinc patet q non miſerentur: qa nec oio prediti ſpeq; dſtituti miſerenꝫ:nihil.n. ſpe deſtituti:ultiaq; iā paſſi ſe amplius paſſuros ſe arbitranꝫ.ii.nec miſerenꝫ:q ualde timēt:nō.n.mi ſeranꝫ:q pteriti ſunt:cū pturbatiōe ppria moueā tur.iii.q ſunt i ira aut fiducia:aut i fortitudinis affe ctu nō miſeranꝫ:nō.n.faciūt hi de futuro rōnem. iiii.nec miſeranꝫ:q i cōtumeliādi affectu ſūt: nā & hi nihil ſe paſſuros arbitranꝫ.v.nec q ſe fœlices eē credūt:ſed cōtumelianꝫ:ſi.n.oia ſibi bōa adeē opi nenꝫ:nihil ſe mali pati poſſe pfecto exiſtimāt.hęc d his:q ñ miſeranꝫ.q uero miſerenꝫ:dicam⁹.ſūt.n. hi oēs:q ſic ſe hñt:ut ſe poſſe pati putēt:&.i.qdē q iā ptulerint:&iā euaſerunt: ſcđo uero ſenes:tū qa prudētes:tū qa expti.iii.ībecilliores:ac timidiores iii.docti.qa recte ratiocinanꝫ.iiii.q parētes hñt:& liberos:aut uxores:ſua.n.hæc:& poſſia pati: pp il la:quæ dicta ſūt.v.medii:q nec ſunt īfortitudīs af fectu:nec cōtumeliæ.nec i timore nec in extremis malis:ſ3 q medii īter hos.vi.miſerāt:q putāt pbos

quoſdam eſſe:nam qui neminem probum eſſe du‑
cit:oẽs malo dignos exiſtimabit. Et uniuerſaliter is
maxime miſeratur: cum ſic ſe habet: ut poſſit talia
uel recordari: aut ſibi: aut ſuis accidiſſe: uel timere
futura ſibi:aut ſuis:uterq; enim patitur: & qui iam
eſt in miſeria:& qui illam ſibi aut ſuis poſſe accede‑
dere putat:qui enim in ipſa miſeria eſt: re patitur.
Qui uero imaginatur:hanc ſibi accedere poſſe: mẽ
te patitur:ut qui in ſomniis. Qualiter autem ſe ha‑
bentes:miſerentur:dictum eſt. Quæ uero miſerabi
lia ſint:exponamus. Cum enim ex diffinitione pate
ant:tamẽ miſerabilia ſunt quæcunq; ex iis: quæ do
lorem inferunt:corruptiua ſunt: & quæcunq; poſ‑
ſunt interimere:ſimiliter omnia: quorum fortuna
eſt cauſa: ſi magnitudinem habeant. Sunt autem
corruptiua doloriſq; effectiua: ut exẽplis utamur:
mortes:uerbera:corporis afflictiões:ſenectus: mor
bi:cibi inopia. Mala uero:quorum fortuna eſt:mul
ta ſunt. Primum ſi neminem amicum habeas: aut
quam pauciſſimos. Gellius etiam nullos habere ini
micos miſerabile aſſerit. Secundo miſerabile eſt di‑
uelli a ſociis:atq; amicis. Hoc enim ex primo ſequi‑
tur. Tertio turpitudo. Quarto imbecillitas. Quin
to mancum eſſe. Sexto & ſi unde oportebat bonũ
quippiam contigiſſe: inde malum acciderit. Septi‑
mo ſi ſæpius tale accidat. Octauo ſi cum iã paſſus
ſit:bonum quoddam collatum eſt: ut quæ Dyophi
ti a rege miſſa ſunt:quæ ipſo iã mortuo: delata ſũt.
Nono ſi nullum bonum contigerit: aut ſi contige‑
rit:nulla eius fruitio ſit. Miſerabilia igitur hæc:atq;

huiuſmodi ſunt. Quos miſeremur cum amplifica‑tione dicamus: miſerantur enim cum amplificatiōe notos: niſi ualde propinqui atqꝫ ſui ſint: nam erga hos ſic ſe habent quemadmodum & in ſeipſos: non enim ad hos eſſet compaſſio: ſed paſſio. Compati‑mur enim ex aliis: mente: ex noſtris re patimur. Nā ex illis patimur: quo ipſa mente imaginamur id no bis accidere poſſe: ex noſtris patimur: quo eſt caſus in noſtris. Quare amaſis cum ad mortem filius du ceretur: nō ut fertur. At cum amicū medicare: aſpe xiſſet: effudit eſt hoc miſerabile: compaſſionem in‑ferens. Illud terribile dolorem in re afferens. Terri bile autem aliud a miſerabili eſt: & ipſius cōmiſera‑tionis expulſiuum: facit enim paſſionē: & non com paſſionē. Secundo miſerātur nō modo cum in no‑tis terribile adeſt: ſed ēt cū terribile appropinquat. Tertio ſimiliū miſerent̄ ſecundū ætates: & morū: ſecundū habitus: & dignitatū. Scd'm genera. In om nibus eni his ſibi quoqꝫ futurū maxime uidet̄. Vt ſenex miſerat̄ ſenem: princeps principē: & propin‑quus eū: qui ſui generis eſt. Oportet ergo uniuerſa liter ſumere: ꝙ quæcūqꝫ ſibiipſis timent: cū in alios fiant: in miſerationē impellunt̄. Mente enim hæc ipſis uel ſuis poſſe accidere cogitantes: cōpatiūtur: uelnti qui ſunt in ſomniis. Hæc de amplificatiōe ex perſonis: quas miſerant̄. De amplificatione autem quæ fit ex geſtis dicamus: ꝙ cū afflictiones tūc miſe rabiles ſint: cū oculis cernant̄: idcirco quæ mille an nis antea fuerunt: uel futura ſunt: etiam ſi timeant: aut memoriæ habeant: uel omnino non miſerātur.

Vel nõ ſimiliter:niſi fiant ut præſentia: & præocu lis. Quare neceſſe eſt eos eſſe miſerabiliores:ut qui motu corporis:uoce:ueſte:ac uniuerſaliter actione uerba conſequuntur. Efficiunt enim ii ut ante ocu los eſſe malum uideatur: ſiue quaſi futurum: ſiue quaſi preteritum. Secundo ſigna facta:ut ueſtes eo ruꝫ:qui paſſi ſunt:ut in morte cæſaris dictatoris fa ctum eſt:cæteraꝗ; huiuſmodi:ut uulnera: & ligna: in quibus paſſi ſunt:& flagella:& uerba: quæ dixe rũt: cum iam morerentur:ac maxime ſi magno in his temporibus animo fuerunt: nam hæc omnia (quoniam propinquiora uidentur:ac ante oculos calamitates ponunt:ſimulꝗ; paſſionis indignos fuiſ ſe oſtendunt) miſerationẽ mouent. Hæc de ampli ficatione commiſerationis ex geſtis. Multa alia faci unt hypochritæ:qui in talib9 ſunt aſſueti: quę Ari ſto. breuitatis cauſa omiſit. Hæc de miſericordia:& de arte ducendi ad cõmiſerationem: poſt hæc de in dignatione:& de arte inducendi potentes ad indi gnationẽ & auferendi ab eis miſericordiã dicendũ.

❡ Enunciatum. X.

❡ Sit indignari dolere rebus ſecundis in digne collatis: ea de quibus indignamur ſunt bona: quibus (ut ſimpliciter dicam) qui illa poſſident: indigni ſunt. Quibus uero indignamur: ſunt qui indigne huiuſ modi bona habẽt. Indignatiui autem: qui

ſeipſos quibuſdam rebus dignos putant: quibus alios putant indignos. Quare ſi & iudices ita oratio præparabit: & aduerſarios: qui petunt: ut ſui miſereantur: & oſtēdet quod uolunt aſſequi: his rebus indignos eē: & ſi eos innuerint: ipſis æquales ac ſimiles fore: impoſſibile erit miſereri.

¶ Miſericordiæ igitur emula eſt indignatio: quam græci nemeſim appellāt Ariſto. tamen miſerationi ait id maxime opponi: q indignari nūcupāt. dolere nāq; ꝑpter res aduerſas: quæ indigne illatæ ſunt: illi quodāmō eſt oppoſitū: ab eiſdēq; proficiſcit̄ moribꝰ: q eſt rebꝰ ſed is indigne collatis dolere: ſuntq; ꝑturbationes hæ: bonorū morū ambę: oportet.n. cōdolere: cū qs indigne uexet̄. Similiter q propter illos indignari: nam quod preter dignitatē fit: iniuſtum eſt. Ergo uidentur bonorum morum ambę: qui eni miſeratur: eo morate agit: q putet: qui miſeriam patitur: indigne pati. Qui uero indignatur cui res ſecunde conferuntur: indigne conferri. Ergo ambæ bonorum morum ſunt. Signa autem nobis ſunt dii: quibus indignatio attribuitur: ergo indignatio nō improbus mos eſt. Qua ratione fit: ut indignatio: ſit miſericordie: & contraria & emula: emula quidem: quoniam utraq; dolor: dolet enim qui miſeratur: quum imaginet̄: id ſibi accidere poſſe: quod aliis indigne accidere putat. Qui uero

indignatur : dolet etiam : ſi enim cum uidet iuſtum
exaltatum. Gaudet: quoniam ex hoc ſperat ſe eti/
am exaltandum: ergo cum uidet iniuſtum exaltatū
dolet: quoniam imaginatur non iuſtos: ſed iniuſtos
exaltari: & ſic imaginatur ſe non exaltandum. Con
traria autem: quoniam qui miſeratur: dolet ꝑpter
rem aduerſas: quæ indigne illatæ ſunt: qui uero in/
dignatur: dolet propter res ſecundas : quæ indigne
conferuntur: res aduerſæ & res ſecundæ contrariæ
ſunt. Hinc fit: ut inuidia quaſi proximum quid cū
indignatione ſit uidetur. Sed aliud eſt: nam licet in/
uidia dolor ſit atq; perturbatio alienæ fælicitatis:
non tamen ideſt propter indignam collationem: in
uidus enim dolet: ſiue iuſte: digneq;: ſiue iniuſte: in/
digneq; conferatur. At qui indignatur: eo dolet: qa
felicitas indigne confert̄: inuidus dolet quouis mo/
do conferatur : triſtatur enim inuidus æqualitate:
quia ſua natura appetit exceſſum. Quare miſeri/
cordia dolor eſt: inuidia dolor: & indignatio dolor:
inuidia quidem alienæ felicitatis quouis modo col/
late. Indignatio indigne collatæ: ac miſericordia do
lor eſt mali indigne collati. Quod ſi ita eſt : inuidia
& indignatio utraq; miſericordiæ contraria eſt: cū
utraq; boni dolor ſit: miſericordia uero mali. Ac in
dignatio boni moris eſt : inuidia mali: ſi quidem illi
iuſticiæ: hæc iniuſticiæ iudex ſit. Hinc patet has cō
trarias ſequi affectiones. Miſericors enim qui do/
let: quoniam non digni uexentur: is uoluptate affi/
ceretur: aut certe non dolebit: cum illis contrarii ue
xentur: ueluti cum parricidæ : ac ſceleſti puniūtur

nemo probus dolebit:cum oporteat eorum gaudere ſupplicio. Similiter quoq; ſi ſecunda ei cōtingāt: qui dignus eſt:indignans gaudebit:& miſericors: iuſta enim utraq; ac probis gaudiū afferunt:cum neceſſe ſit:ut ſperent:ſibi quoq; poſſe cōtingere: quæ ad ſimiles proficiſcuntur. Igitur omnia hæc ex eadem animi conſtitutione ſunt. Horum uero contraria ex contrariis:idem enim eſt qui peruerſe gaudet atq; inuidus. Nam quo quiſpiam dolet: cum fiat & ſit:hunc neceſſe eſt primatione eius atq; corruptione gaudere. Inuidus enim dolet de bonis collatis ſiue digne ſiue indigne:gaudet de malis quouis modo:hæc de diffinitione: ea uero de quibus indignamur:ſunt bona:quibus (ut ſimpliciter dicam) qui ea poſſident:indigni ſunt. Si enim indignare:eſt dolere:quod cuidam ſecunda indigne contingant: patet primo non de omnibus bonis indignationes fieri:Nemo enim indignatur:ſi iuſti:ſi fortes:uel ſi omnino uirtutem aliquam habeant. Non enim in uiciis ſunt miſeratiōes ergo nec in uirtutibus indignationes indignantur ergo diuiciis potentia & huiuſmodi:quibus(ut ſimpliciter dicam) bonis indigni ſunt. Secundo indignantur:ſi quæ ſecundum naturam bona ſunt:habeant ueluti nobilitatem formā: cæteraq; huiuſmodi. Hæc de bonis:quibus indignamur. Poſt hæc quibus hominibus indignemur: dicamus:quoniam antiquū ac uetus. Videtur quaſi naturale:neceſſarium eſt:ſi qui olim & a genere bona receperunt:eis non tantum indignari nos: neceſſe eſt:ſi qui uero nuper adepti ſint: ipſis magis indi

gnari. Similiter principes: potentes gratioſi bonos habentes liberos: ac huiuſmodi alia: & ſi propter hæc aliud quoddam bonum ipſis contingat: ſimiliter his indignamur. Nam hi magis ditantur: qui nuper ditati ſunt: cum propter diuitias principentur: quam qui diuites ex maioribus fuerunt: eodemque modo & in aliis: eius cauſa eſt: quoniam antiqui diuites ſua poſſidere uidentur: quæ fuerũt olim. Minime uero qui nunc principantur. Quod enim ſic ſe habere uidetur: uerum & quaſi naturale eſſe uidetur. Et propter hanc cauſam diuites nuper non uidentur ſua poſſidere: Secundo indignamur ex in proportione: cum enim non quilibet unoquoque bono dignus ſit: ſed proportio quædam: ac idoneitas eſt conſideranda: ut arma pulcherrima non iuſto: ſed forti congrua: & excellentes nuptiæ non nuper ditatis: ſed nobilibus: ideo ſi qui probus eſt: quæ cõgruunt: non conſequitur: indigna res eſt. Preterea indigna res eſt: ſi peior cum meliore contendat: & quidem in eodem maxime. Vnde id quoque dictum eſt: ſed Aiacis Thelamonide uitabat congreſſum: Iupiter nãque ei quod uiro cum fortiore pugnaret: indignatus. Aliquando autem peior cum meliore pugnare poteſt: ut muſicus cum iuſto: in illo an iuſticia melior muſica: non enim in hoc præſumit peior: niſi diſputetur. Patet igitur ex his quibus: & quas ob res indignamur. Qui uero maxime indignatiui ſint: exponamus: ſunt igitur maxime indignatiui. Primum qui maximis digni ſunt bonis: eaque poſſidentes: non enim iuſtum eſt: ut non ſimi-

les ſimilia conſequantur. Secundo ſi cum boni ſint ſtudioſi quoq; ſunt:iudicant namq; probe:oderũt q; quod iniuſtum eſt. Tertio qui ambicioſi. i. honoris cupidi ſunt:quarundam operationum appetentes:ac maxime ſi in his ambitioſi ſunt: quæ alii (cum ſint indigni) aſſequuntur. Generatim autẽ: ii omnes indignatiui ſunt:qui ſeipſos quibuſdam rebus dignos putant: quibus alios putant indignos: illis enim indignantur:& horum cauſa. Quo circa ſeruiles:praui:& honorem contemnentes indignatiui non ſunt: cum nihil huiuſmodi ſit: ut eo ſe dignos arbitrentur. Ex his accipitur ars: nam ſi oratio iudices & potentes ita preparabit: ut indignatiui ſe habent:& aduerſarios eo modo præparabit: quo ſe habent illi:quibus indignamur: & oſtendet aduerſos quæ uolunt:aſſequi:indignos eſſe his rebus:& hæc utraq; præparet ex locis quæ diximus: impoſſibile eſt iudices & potentes eis miſereri. Orator ergo duos debet præparare: iudices ex dictis locis eos indignatiuos reddendo: & aduerſarios ex aliis locis indignos oſtendendo: nam cu3 hæc duo fecerunt:iudices non miſerebũtur. Quod ſi addat tertiam uiam: qua fiunt inuidi: declarando aduerſarios fieri æquales ipſis:uel alia loca: ſi ipſi miſerebuntur eis:impoſſibile eſt iudices miſereri. Hactenus de arte.

ℭ Enunciatum. XI.

ℭ Sit inuidia dolor qdá: quoniá ſimiles

boni quicquam adepti uideantur : non ut quicquam ſibi:ſed propter illos. inuidi uero ſunt : aut qui ſimiles ſunt quidem: aut pares uidentur. ea autem de quibus inuidia eſt:ſunt fere omnia ; præſertim ſi aut appetunt ipſi:aut putant ea ſe hére oportere : aut ſi earum rerum poſſeſſione ipſi parum ſuperent:uel parum deficiant. illi uero quos íuidemus:ſimiles ac pares ſút. amplificatur inuidia cum aduerſariis : & riualibus:ac uniuerſaliter cum his : qui eadem cupiunt:& contemnunt. quare ſi iudices ipſi ut ita ſe habeant: præparentur. & qui ut ſui miſereantur:uel ut boni aliqd conſequantur:rogant:tales quales etiam iam dicti præparẽtur;palam eſt quod nó conſequentur.

¶ Inuidia:ut dictum eſt:dolor quidem eſt proficiſcens ex eo:ꝙ pares ac ſimiles boni quicq̃ adepti uideanť:nõ ut ipſi inuidẽti qcq̃ accedat: ſed ꝓpter illos:quibus inuidet inuidus.n.dolet:qa alteri bõa inſunt: uellet.n.ut.ſ.illis accedat malum. naſcitur aũt inuidia;ut.ii.lib. diximus: ex eo qa hoies ſunt animalia

animalia ſuaptenatura exceſſus cupida. cum ergo ex imaginatione cogitant alios pares ipſo excede-re:eiſqꝫ minores effici qui ratione recta non regu-lantur:Inuidi fiunt.dolorem autem illuꝫ:quem in uidi habent:poetæ macreſcētiam appellant:unde horatius Inuidus alterius marceſcit rebus opimis. hæc de definitione.inuidentes uero ſunt:aut qui ſi miles ſunt quidem:aut qui pares uidentur : pares uero ac ſimiles dico:genere:propinquitate : ætate habitu:gloria:diuitiis:hæc generatim. per ſpecies uero:inuidenees ii ſunt:quibus parū deeſt: ne oia teneant.quo circa maxima gerentes:& fœliciter ī uidi ſunt:cum putent ſua ab oibus auferri. ſecūdo qui ualde in aliqua re honorantur:ac maxīe in ſa-pientia:& fœlicitate.iii.ambitioſi magis q̄ non am bitioſi inuident.iiii.qui ſe ſapientes uideri putant: ambitioſi nāqꝫ in ſapiētia ſunt:ī qua uideri putāt: uſiter igitur quicūqꝫ ex re aliqua gloriam querūt: de illa ſūt īuidi.v.puſillanimes: qm̄ eis magna om nia uidentur:& ſic ſemp ad omnibus credunt exce di.de quibus igitur inuident bonis iam dictum ē: & breuibus dicamus:ꝙ de quibuſcunqꝫ honorem atqꝫ gloriā quærūt:& quaꝝ reꝝ gloriā concupiſ-cunt:ac de qbuſcūqꝫ fœliciter actis: qnimo fere de oibus inuidia eſt. præſertim ſi aut appetunt ipſi: aut putant ſe hēre oportere:aut ſi eaꝝ reꝝ poſſeſ ſione ipſi parum ſuperent:uel parum deficiant.in oibus.n.his inuidia eſt.illi uero qbus inuidemus: pares ac ſimiles ſunt:nāqꝫ pximi ſunt tpe:loco:ęta

te:gloria:his inuident. vñ illud dictum eſt ꝓpinqtas inuidere ſolet.præterea qbuſcunqꝫ de honore contemnũt:qui uero ſint qbus non inuidemus:ex hiſce patet.nã cum iis qui ante mille annos fuerũt: & cum mortuis nemo contendat: nec cum iis:qui apud colũnas herculis habitant:nec cum iis a quibus uel ſuo:uel aliorum iudicio multum putant ďficere:nec cum his:quos non parum excedere putent: & cum cæterus id genus:fit:ut his non inuideant.unde uero amplificet̃ ipſa inuidia:ex hiſce etiã patet:ut qm̃ cũ aduerſariis:& riualibus: ac uniuerſaliter cũ his:qui eadeꝫ cupiũt:& cõtẽdũt: neceſſe eſt his maxĩe inuidere.unde dictũ heſiodi uerũ eſt figulus figulo inuidet:faberqꝫ fabro.ii.& his maxime inuident: qui cito optinuerũt:maxĩe ſi ipſi uix: aut nihil conſequuti ſunt.iii.maxĩe iuident his:qui ſi poſſideant:aut ſi proficiant:ipſis obprobriũ eſt: nam & hi prope ſimiles ſunt.iiii.his ẽt:qui ea poſſident:aut hñt:que ipſos oportuit:uel que ipſi aliqñ poſſidebant.hac rõne ſeniores iunioribus:& q multa iis qui pauca eadem pro re conſumpſerunt: maxime inuident:his habitis:patet ars: nam ſi iudices ex dictis locis eo modo præparabimus : quo ſe habent inuidentes : & ſi aduerſarios eo modo quo ſe habent illi:quibus inuidemus etiam ex dictis locis:& ob dictas cauſas:palam quod aduerſarii non conſequentur.hæc de inuidia:atqꝫ arte inducendi auditores ad inuidiam:poſt hæc de æmulatione:deqꝫ arte inducẽdi ad emulationẽ.

¶ Enunciatum. XII

¶ Æmulatio eſt dolor quidam: quoniã bona & honorabilia: quæ ipſe quoq; aſſequi poſſet: natura ſimilibus adeſſe uideantur. non quoniam aliis ſunt: ſed quoniam non ipſi quoq;. æmulatiui ſunt: qui ſe his bonis dignos arbitrãtur: quæ non habẽt: æmulabilia uero ſunt honorabilia: & utilia: & quæ ſunt ad benefaciendũ apta: & bona quibus fruuntur: apti uero: ut eos æmulemur ſunt. qui hæc taliaq; æmulabilia poſſident. fiũt autem æmulatiui: cum eos orator præparabit modo quo ſe habent: qui æmulantur: & cum alios præparabit modo quo ſe habent: quos æmulamur: & hæc ex dictis locis: & cauſis.

¶ De æmulatiõe: quã græci zelũ dicũt dicẽdum: nã ſunt q ſecerrũt dĩam iter æmulari & imitari: ꝙ imitatio ſimplex ſit: & liuorẽ nõ admittat. æmulatio ãt hẽt qdẽ imitãdi ſtudiũ: ſed cũ malitiæ opatione. Ariſ. tñ æmulationẽ deſcribit ꝙ ſit dolor qdã: qm̃ bona & honorabilia: q̃ ipſe quoq; aſſeq poſſet

natura ſimilibus adeſſe uideanť. dico dolor : non
qm̃ hęc bona aliis inſunt: ſed quoniã non ipſi quo
ꝙ inſunt.dolet.dolet.n:æmulator: non quia bõa
illa inſunt alteri:ſed quia non ſibi inſunt . inuidus
aũt dolet:qm̃ bona & honorabilia alteri inſunt:nõ
quia ſibi non inſunt: ut dictũ eſt.ideo:ut recte Ari
ſto.inquit:æmulatio & probum quiddam eſt : &
proborum.inuidia uero improbum & improbo-
rum.æmulatiui.n.ut ad conſequenda bona ſe prę
parent:æmulatione:concitantur.inuidi uero pro-
pter inuidiam proximo impedimẽto ſunt. Qui.n.
æmulantur:uirtutes amore reddere ſe pares conã
tur:aut ſuperiores.unde eſt illud. Stimulos dedit æ
mula uirtus.qui uero inuident: impedire uellent:
ne alii bona conſequantur:hęc de definitiõe & de
ęmulatiuis dicamus:ꝙ ſi æmulatio ſit:ut dictũ eſt:
neceſſe eſt eos eſſe æmulatiuos:qui ſe iis bonis di-
gnos arbitranť:quæ non habeant:mõ ſit poſſibile
illa hẽre.nullus.n.ſe dignum putat eis:quæ ſibi im
poſſia apparẽt.iccirco iuuenes atq; magnanimi hu
iuſmodi ſunt . ꝑterea æmulatiui ſunt:qui ea bona
habent:qbus præclari uiri digni ſunt:quæ ſunt di
uitiæ:multoꝝ gr̃a & amicicia:principatus: & id ge
nus.quaſi.n.ſuum ſit bonos eẽ.qm̃ hæc bona ho
norum ſunt:ideo ob ipſa: æmulanť .iii.æmulatiui
ſunt:quos cæteri dignos arbitrantur:& quorũ ma
iores:aut cognati:aut domeſtici aut gẽs aut patria
præclara eſt:ii.enim de his æmulatiui ſunt. ſua.n.
hæc putant:& ſe his eſſe dignos:hæc de æmulati-

uis. Quæ uero bona æmulabilia ſunt dicamus:æ mulabilia ſunt, bona honorabilia:ut uirtutes:ſecũ do quæcũq; aliis utilia:& ad benefaciendum apta: ut diuitiæ:potentia:& id genus.benefaciẽtes.n. at q; probos ſimiliter honorare. iii. ea bona quibus homines fruantur ut forma:ſanitas:& id genus:ue rum diuitiæ ac forma magis q̃ ſeruibilia ſunt:& io cunda.hæc de bonis ipſis ęmulabilibus.Qui uero apti ſunt:ut eos æmulemur:dicamus q; qui hæc ta liaq; poſſident:ueluti fortitudinem:ſapiẽtiam:'pri cipatum apti ſunt:ut eos æmulemur. naʒ pricipes multis bñfacere poſſunt:ut duces:& oratores om nes qui talia poſſunt.ii. apti: ut ipſos æmulemur: ſunt:quibus multi uellent ſimiles eſſe . ut quibus ſunt non aut amici multi:aut non quos multi ad mirant̃.aut non quos ipſi admiramur. iii. apti ut ipſos æmulemur:ſunt:quorum laudes uel a poetis uel a ſcriptoribus decantantur . hos igitur omnes æmulantur:contrarios his contemnunt atq; deſpi ciunt.contemptus.n.& deſpectus æmulationi cõ trarium eſt:æmulari quoq; atq; contemnere con traria ſunt:eſt autem neceſſarium:ut qui ſic ſe hñt: ut nonnullos æmulentur:aut ipſos alii:hos utroſ q; aptos eſſe adeo contemnendos deſpiciendoſq;: qui ea mala habent:quæ bonorum æmulabilium contraria ſunt. Quapropter ſæpenumero cõtem nunt fortũatos:cum abſq; honorabilibus bonis ad eſt eis fortuna.de arte uero dicamus:q; orator (cũ opus eſt) auditores præparare eo modo debet:

quo ęmulatiui ſe habēt:& quos uolumus ut ęmulentur eo mō:qui ſe habēt:qui:ut ipſos ęmulētur digni ſunt:& hæc utraq; ex dictis locis:atq; ex dictis cauſis.ſic.n.auditores æmulatiuos efficiet.ex quibus patet duo eſſe neceſſaria ad inducendū ad affectus:uerbi cauſa:ad irā:primo:ut orator locis & cauſis præparet auditores eo mō:ea diſpoſitione:ac præparatione:qua qui iraſcantur: præparātur:ac ſe habent.ſecundo neceſſarium eſt præparare eos:quibus uolumus ut auditores iraſcantur: ex dictis locis:& cauſis:quomodo ſe habent illi q̄bus homines irati iraſcantur.nā ſic ad iram mouebimus.uerum ad hæc duo faciēda:tria neceſſario ſcienda ſunt:& quomodo ſe habeant iraſcētes:& q̄bus rebus iraſcantur:& quomodo ſe habeant quibus iraſcantur:& hæc per tria locorum genera ut dictum eſt: ſic enim ars uniuerſalis habebitur mouendi ad affectus. eſt aliud attendendum:naʒ non ſemper ſufficit auditores mouere ad unum affectum: ideo monet Ariſtotel. iii.lib. magnorum rhetoricorum auditorem ſi opus eſt:eſſe impellendum:ad tot affectus:quot opus eſſe uidebitur: ut ad cōmiſeratione͂:indignationem:iram: odium inuidiam:æmulatione͂:contentionem ſiue inimicitiā omnes:uel quot neceſſarii uidebuntur.Quod fieri poſſe patet aggregando omnes atq; ſingulas artes:& omnia atq; ſingularia loca:de quibus dictū eſt.nec ars hęc mouendi ad affectus utilis eſt generi iudiciali tm̄:cui pręeſt iudex: ſed cæteris oībus.

præſertim deliberationibus publicis: & priuatis: orator. n. ad bonū publicū atq; priuatum ex hac mouendi arte poterit iratos animos ſedare: & ad iram inducere: inimicos conciliare: amicoſq; diſſol uere: poterit & potentes in timorē inducere: q̄ iter dū nec deū timēt. amplius timētes ad fiduciā: & au daciā cōmouere. Q̄d̄ bellicis diſciplinis ualde ſalu tare uī. poterit inuerecūdos ad uerecundiā: & ue recundos ad inuerecundiā: ēt īpellere. rurſus pote rit potentes inducere ad gr̄as dādas. poterit ēt di ros ad cōmiſerationē mouere. p̄terea poterit pro arbitrio miſericordiam tollere: & indignationem inducere. Adhæc poterit ad inuidiā cōcitare: & ad ęmulationē trahere. poterit: ſi opus eſt: hæc oīa ſimul facere: aut aliqua: ut eius arbitrio uidebitur: mō orator ſciat: & q̄ōo ſe hēant. q̄ affectu mouen tur: & q̄ōo ſe hēant: illi contra quos affectus hēri ſolēt: & q̄bus rebus: cauſiſq; utriq; diſponant: præ parādo. n. ex illis rebus utriq;: orator pſuaſit. & d̄ uſ arte mouendi affectus & de affecta pſuaſione hactenus. & q̄m orator non tm̄ affecta uel mora ta: aut ueriſimili pſuaſione utit̄ ad pſuadendū: ſed etiam accommodata ad perſonam pro habitu uel more eius. Alia. n. perſuaſio accommodanda eſt iuueni: alia ſeni: alia uiro: inſuper alia nobilibus: alia diuitibus: alia potentibus ac fortunatis: iccir co de habitibus ac moribus iſtorum dicendum ē. Et primo de habitibus ætatum. Secundo de mo ribus eorū qui in ſcd̄is rebus ſunt cōſtituti dicem⁹:

Affectus enim uocamus quos diximus:habitus uero appello uirtutes ac uitia: quæ ex actibus proficiſcuntur. Morem uero dico:ut ait uarro: animi inſtitutũ:quod ſequi debeat conſuetudo. Etates ſunt iuuentus:uirilitas:ſenectus. Secundas res atq; fortunam appello nobilitatem:diuitias:potentiam:& ſecundã fortunam. Mores ex ſecũdis uel aduerſis fortunis exoriuntur aliqñ: habitus uero ex ætatibus. Ideo de moribus eorum: qui in ſecundis fortunis conſtituti ſunt:& de habitibus ætatum dicẽdũ: & de arte ex his accepta: ſic enim de accõmodata perſuaſione patebit.

¶Enunciatum. XIII.

¶Iuuenum habitus:a cupiditate:ira:inexperientia:ſpe: ac ratiocinationis carentia proficiſcuntur.

¶Habitus qui ui iuuentutis proficiſcuntur colligi poſſunt aut ab eorum cupiditate:aut ira:aut inexperientia:aut ſpe:aut a ratiocinationis carentia. Iuuentutem autem appello uſq; ad.xxx. annum. A cupiditate quidem:quoniã iuuenes ad cupiendum aptiſſimi ſunt:maxima autem ex cupiditatib⁹ quarum ſequaces ſunt:quæ in rebus uenereis eſt:& in hac re incontinentis. Secundo in cupiditatib⁹ mutabiles:citoq; faſtidientes:uehementer enĩ cupiũt: & cito ceſſant. Tertio uoluntates habent acutas:

non tamẽ magnas:uelut ęgrotantium ſitis aut fa
mes:quæ acutæ ſunt: paruo quodã extinguibiles:
hæc a cupiditate. Ab ira uero:iuuenes ad iraſcen/
dum apti ſunt. Secundo iuuenes ſunt acutæ iræ.
Tertio uincuntur ab ira : quoniam ex ambitione
contemni non patiuntur:ſed moleſte ferunt:cũ pu
tent iniuriam ſibi fieri. Quarto iuuenes ſunt am/
bitioſi:immo contentioſi: excedere nãq iuuentus
cupit:& uictoria exceſſus eſt. Hæc ab ira:ab inex/
perientia uero:iuuenes pecuniarum minime ſunt
ſtudioſi. Magis enim uictoriæ: & contemptionis:
quam pecuniarum ſtudioſi ſunt:,non enim adhuc
inopia periculum fecerunt:ſicut Elogium pithaci
in Amphiraum. Secundo iuuenes non ſunt mali/
cioſi ſed ſimplices: nondum enim uerſutias multas
inſpexerunt. Tertio ſunt creduli:quoniam nondũ
in multis decepti. Hæc ab inexperientia. A ſpe ue/
ro: iuuenes ſunt bonæ ſpei:ſic enim a natura iuue/
nes per calidi ſunt:quẽadmodũ:q pleni uino ſunt:
uinolẽti enim uino:iuuenes ſanguine. Preterea eſt
alia ratio: quoniam nondum in multis aberraue/
runt:& ideo maxima ſpe uiuunt. Spem enim futu
ri eſt:memoria uero præteriti:ac iuuenibns futurũ
quidem multum reſtat : præteritum autem breue
eſt. Primo enim die nihil meminiſſe putat: ſperare
uero cuncta. Secundo iuuenes facile decipiuntur:
facile enim ſperant. Tertio fortiores ſunt: quoniã
facile iraſcuntur:& bene ſperant:quorum alterum
facit ut ne timeant,ſ.ira.alterum,ſ. ſpes facit ut cõ

fidant. Nam neq cum iraſcit̃ aliquem timet: & cũ boni aliquid ſperat:confidit. Q uarto ſunt uerecũ di:nõ enim alia preter honeſta bona eſſe exiſtima tur ſed legibus ſolũ caſtigati:per quas honeſta præ ponũtur:honeſta colunt. Quinto ſunt magnanimi nequaq enim unq̃ uita ipſos dececit: & periculorũ inexptes ſunt: & dignum ſe magis putare magnani mitatis eſt. Id uero bene ſperantis. Hęc a ſpẽ. A ca rentia uero rõcinationis:iuuenes in agendo potius honeſta q̃ utilia eligunt:moribus enim uiuunt ma gis q̃ rõcinatione:ratiocinatio enim utiliũ eſt: uir tus uero honeſti. Secũdo amicorũ ſunt ſtudioſi:at q ſodaliũ multo magis q̃ cætere ætates. Gaudere nãq cõuiuendo: nõdũq ad utilitatẽ aliqd iudicãt: quare nec amicos ad utilitatẽ iudicãt. Tertio iuue nes oĩa nimis:uehemẽtiuſq peccãt:cõtra dictũ chi lonis:ne qd nimis. In oib⁹ nimis agũt: nimis amãt: nimis oderũt:cætera oĩa ſimiliter nimis:quæ ex ca rẽtia rõcinationis ꝓficiſcunt̃. Quarto ſcire quoq oĩa putãt:atq affirmãt:q ẽt cauſa ẽ: ut oĩa nimis. Quinto iniurias faciũt in cõtumeliã:nõ in maligni tatẽ:& oĩa hęc rõcinationis carẽtia. Sexto ad cõmi miſerationẽ ſunt parati:qm̃ carẽtia rõcinationis ꝓ bos ac bonos oẽs arbitrant̃. Sua enim ſimplicitate atq innocentia:cæteros mẽtiunt̃:itaq indigna ip ſos pati facile credũt. Septimo iuuenes riſui ſtudẽt. Et hac rõne. Octauo iuuenes dicaces ſũt:dicacitas eni caſtigata cõtumelia eſt. Cum uerbis magis q̃ re ſit. Ex his colligit̃ ars, orator eniꝫ qui iuuenẽ pſua

dere conſtituit: perſuaſionẽ ſiue enthymema ſit: ſiue exẽplũ: ſiue fabula: ſiue parabola: ſiue puerbiũ: ſiue ſententia: ſiue quod uis aliud ab his locis accipere debet: quæ habitui iuuenili cõueniunt ue: uel iis: quæ iræ: uel cupiditati: uel inexperiẽtie: uel ſpei: uel imprudentiæ: quæ ratiocinationis carẽtia eſt. Vnde pater meus q̃uis artis pænitus ignarus: cum puer olim cum nutrice: quæ me educauerat: profectus eſſem: uolens ut domum redirem: dixit: domi adſunt multi agni. Quos ex grege duxit famulus: (placebãt enim mihi in pueritia ualde animalia) ueni fili: quia tibi pulchriorem concedam: hoc pacto perſuaſit: ut domum redirem: at reuerſus. Nec agnum: nec ouem inueni. Preterea: ut poſtea dicemus: cum omnes orationes probent: quæ moribꝰ ſuis accõmodatur: atq; eis ſimilis eſt: non latet quo modo oratione uſus tam ipſe quam oratio huiuſmodi uidebitur. Debent enim oratores cum iuuenibus perſuadent: moribus eorum ſe accommodare: cum uero ſenibus: moribus ſenum: ſic enim facient fidem. Poſt hæc de ſenũ habitu dicendum.

¶ Enunciatum. XIIII.

¶ Senum habitus ab experientia: a naturæ imbecillitate: a cupiditate: a paucitate ſpei: a defectu cupiditatum: a ratiocinatione fere accipiuntur.

❡Habitus ſenū fere a ſex locis accipiendi ſunt: generatim tamē a contrariis his quæ iuuenū ſunt: eſt autē ſenex a.xxxv. anno ultra: ut hic loquimur. Ab experientia qdem: nam qm̄ multos iam annos uixerūt: & errauerūt in pluribus: deceptiq̨ fuerūt: ac inſuper qm̄ rerum plurimæ uicioſe ſunt: neq̨ affirmant quicquam: & multo minoris cuncta exiſtimant quā oporteat: ſciunt autē nihil: ſed ambigentes: ſemper forſan ac fortaſſis addunt: & ſic omnia dicunt: firmiter uero nihil. Secūdo ſenes ob ipſam experientiam malitioſi ſunt. Malitia uero eſt in peiorem partem cuncta ſuſpicari. Tertio ſunt ſenes ſuſpitioſi. Quarto ſenes ſunt increduli: ſunt quidē ſuſpicioſi: quia increduli: increduli uero: qm̄ experti. Quinto propter hæc neq̨ amant: neq̨ oderunt nimium. Sed ſecundū biantis præceptū amant: ut oſuri: & oderunt: ut amaturi. non enim ita amant aliquē quin odio habere eum poſſint: nec ita oderūt: quia amare poſſit: & horū ſola experiētia cauſa eſt: hæc ab experientia. A naturæ imbecillitate: ſenes etiam puſillanimi ſunt: uitæq̨ ductu deiecti: nullum enim magnum: neq̨ ſuperuacaneum: ſed quæ ad uitam neceſſaria ſunt cupiunt: & hoc propter naturæ defectum: ac imbecillitatem. Secūdo etiā illiberales ſunt: qm̄ ſubſtantia unū ex neceſſariis eſt: quā ob imbecillitatē ſeruant ſimulq̨ qm̄ experti: & imbecilles: nō ignorāt: difficilē eſſe acqſitionē: iacturā uero facilē. Tertio ob imbecillitatem ſenes ipſi timidi ſunt: & ad pertimeſcendum cuncta

parati. Contrario enim modo q̃ iuuenes diſpoſiti ſunt: ſunt enim frigidi: cum illi calidi ſint: itaq; ſenectus uiam timori præbuit: timor eni frigiditas quædam eſt: hæc ab imbecillitate. a cupiditate uiro: ſenes ſunt uitæ cupidi: ac maxime in extremo die: cupiditas eni rei abſentis eſt: & cuius egent: id ſummopere cupiunt. Secūdo ſenes ſunt ſui ſtudioſi magis q̃ oporteat. Nam etiā id puſillanimitas quedā eſt. Tertio ſenes uiuunt ad utile non ad honeſtum magis q̃ oportet: qm̃ ſeipſos maxime amant: utile namq; ſibi: honeſtum aūt ſimpliciter bonū eſt. Quarto ſenes ſunt magis inuerecundi quā uerecūdi: nā qm̃ non ſimiliter de honeſto atq; utili curāt: exiſtimationē cōtemnūt: & ſic inuerecundi ſunt: hæc a cupiditate: a paucitate uero ſpei: ſenes ſunt malæ ſpei: tum propter experientiā: qm̃ plurimæ rerum uicioſe ſunt: multæq; ad peius tandē deueniūt: tum propter timiditatē. Secūdo ſenes uiuūt memoria magis quā ſpe: nā futurū uitæ breue ſibi eſt: præteritū multū. Spes autē futurorum eſt: memoria uero preteritorū. Tertio ſenes ſunt loquaces perſeuerant eni prætterita narrātes: qm̃ recordātes uoluptate afficiunt. Quarto ira ſenū acuta eſt ſed infirma. Hæc a paucitate ſpei: a cupiditatū defectu: ſenes non ſunt cupidi: neq; ſecundum cupiditates qm̃ cupiditates aliæ defecerūt: aliæ infirmæ ſunt: ſed ſecundum lucrum. Secundo ſenes qui grandes natu ſunt ad modeſtiam apti uidentur: nam & cupiditates deferuerunt. Tertio ipſi lucro ſeruiunt ui

uuntq; magis ratiocinatione:q̃ moribus. Nam ratiocinatio utilitatis eſt:mores autē uirtutis: & hoc quia cupiditates remiſſe ſunt. Quarto iniurias nō in contumeliam: ſed ad iniuriandū faciunt:eſt cupiditas honeſti remiſſa:aucta autem cupiditas utilitatis. Quinto ad commiſerationem parati ſunt: ſed non ea de cauſa:qua iuuenes:nam iuuenes ex humanitate:ſenes autem ex imbecillitate:omnia enī impendere ſibi putant:propeq; eſſe:ut patiantur. Id uero aptitudo ad commiſerationem erat. Sexto propter hæc ſenes quæruli:non dicaces: neq; faceti. Contrarii enim querulus ac facetus. De arte uero perſuadendi ſenibus: dicēdum eſt: ut diximus de arte perſuadēdi iuuenibus:oportet enim ut orator in perſuadendo ſenibus:ſe morib⁹ eorum accōmodet:nam ſic orationē moratam faciet: & fidem ſimul:cū omnē orationē probent:quæ morib⁹ ſuis accōmodatē. Loca quoq; accipere debet in perſuadendo ab iis:quæ conueniunt habitibus ſenum: ut uel quæ experientiæ:uel quæ imbecillitati:uel cupiditati:uel quæ cæteris locis:quæ eorum habitibus conueniunt:ſic enim quodāmodo affectā perſuaſionē faciet. Hæc de arte. Poſt hæc de habitu eorū qui ſunt in ætate media dicendū eſt.

¶ Enunciatum. XV.

¶ Mores uero uirilitatis inter hos uerſabuntur uirorumq; ingerētes exceſſus.

❡ Virilitatẽ appellamus cõſiſtentiam: in qua nec augetur:nec imminuit̃ hõ:ſed conſiſtit. Eſt aũt ab anno.xxx.uſq ad.xxxv.plęrũq huius ætatis mores inter iuuenum:& ſenum mores uerſant̃: uirorumq fugientes exceſſum:quoniam neq ualde cõfidentes:quod feritatis eſt:& iuuentutis:neq timẽtes ualde:quod ſenectæ eſt:ſed bene ſe habẽtes ad utrũq. Secũdo nec increduli omnibus ſunt: ſed ſolummodo ſecundum ueritatem iudicant. Tertio nec parci:nec prodigi:ſed accommodati reb9 ſunt: Quarto ſimili modo ad iram ac cupiditatem ſe habent. Quinto ſunt modeſti cum fortitudine:& fortes cum modeſtia:nam hæc in iuuenibus atq ſenibus diſiuncta ſunt. Iuuenes enim fortes ac immodeſti ſunt:ſenes uero modeſti ac timidi. Et ut uniuerſaliter dicam:quæcunq iuuentus ac ſenectus ſeorſum ex utilibus habent:hæc & uiri habent. In quibuſcunq uero illi excedunt: aut deficiunt: hæc in uiris commode ad mediocritatem ſunt. Ait tamen Ariſtote. q humanum corpus uiget:conſiſtit:ac in uirilitate conſtituitur:a trigeſimo ætatis anno uſq ad.xxxv.per quæ dat nobis intelligere iuuentutẽ uſq ad.xxx.annũ finiri:uirilitatẽ ad.xxxv.ſenectutem uſq ad finẽ uitæ. Anima uero uiget uſq ad unum de quinquaginta:hoc eſt ad nonũ & quadrageſimu3.Poſt habet eni operationes anime cõminutis inſtrumẽtis ſenſuũ:decreſcũt:per quæ dat intelligere aia3 in opationib9 nõ diminui ex corporis diminutione.nã licet poſt.xxxv. annu3 corpus

contabeſcat:non adeo contabeſcit:ut animæ ope-
rationes contabeſcere poſſint.de arte uero dicen-
dum eſt:ut in aliis dictum eſt:oportet.n.ut orator
ſe oſtendat accommodatum moribus uirorum:ſic
.n.fidem faciet moratam:omnes.n.orationem p-
bant:cum ſuis moribus accommodatur. amplius
oportet:ut loca accipiat ex his: quæ ↄueniunt mo
ribus uirorum:ſic.n.fidem faciet affectam: hacte
nus de arte:poſt hæc de moribus nobilium: & de
arte perſuadendi eis.

¶Enunciatum. XXI

¶Nobiles:qui nobiliores ambiciſiores
ſunt.præterea nobilis ad contendendum
eos:qui ſuis maioribus ſunt ſimiles para-
ti ſunt.

¶Nobilitatis igitur mores ſũt:ut ambicioſior ſit:
qui nobilior eſt.nam oẽs:cũ aliqd adſit:ad id ſolẽt
coacer uar e:ut ſi diuitiæ paruæ ſint:ad illas coacer
uamus.& qm̃ nobilitas eſt quędã maioꝝ claritas:
ideo nobiles ad illã maiorũ claritatẽ coaceruare ſo
lent plures honores:ideo ſunt ambitioſi:& hono-
ris cupidi.præterea nobiles ad contendendũ ſuo-
rũ maioꝝ ſimiles ac pares parati ſunt.nam ea:quę
iam diu geſta ſunt:honorabiliora ſunt:ad iactatio
nẽq; aptiora q̃ q̃ nup facta ſunt.iõ nobiles cõtẽnẽ
do eos:q ſuis maiorib9 ſimiles ſunt:u n̄r magis ho
norare ſe.differũt autẽ nobile:& genoroſum. non
enim

enim generoſum eſſe poteſt: q̄n ſit nobile: eſt enim generoſum nobile: quod nõ degenerauit a ſuis maioribus. At nobile eſſe poteſt: quod non eſt generoſum: quia aliquis: cuius maiores fuerunt clari eſſe poteſt: & ſic erit nobilis: & ſi degenerat ab illis: non erit generoſus: Ait tamen Ariſto. quod eſſe generoſum: nõ contingit ut plurimum nobilibus. Sed multi humiles atq; deiecti ſunt. Eſt enim in uirorum generibus fertilitas quædam ſicut in agris aliquando: ac interdum ſi genus bonum fuerit: uiri preſtantes generantur: rurſuſq; genus illud bonum deiicitur. Poſtea rurſus reddit: ſicq; uiciſſim circuloq;. Quod autem nobilem degenerent. Ariſtoteles probat: quoniam ingenioſa genera deueniunt magis in furioſos mores: ueluti qui ab Alcybiade: quiq; a ſuperiori Dionyſio ſunt: nam ipſi furioſi exorti ſunt ex patribus ingenioſis. genera uero q̄eta ueluti qui Alcymone pericl ę & ſocrate ſunt: ueniunt in ſegnitiem. Ergo degenerant. De arte uero dicendum ut dictum eſt. Oportet enim ut orator ſe moribus nobilium accommodet. Sic enim moratam perſuaſionem faciet: amplius & ut ſinuat loca: e quibus eis conueniunt: ſic enim affectam faciet perſuaſionm. poſtea hæc de morib⁹ diuitum.

Enunciatum XXII

Diuitiarum mores amẽtis ſimul: atq; fœlicis mores ſunt.

Diuitię mores faciūt. Affectu eñ diuitiarū diuites moribus quibuſdā afficiunt. mores uero: q diuitias comitant: facile oēs pſpicere pñt. cōtumeliatores. n. ac ſupbi: qa poſſeſſiōe optimi pturbantur atq afficiunt: nā quaſi oīa bona poſſideāt: ſic afficiunt: cā aūt: qm diuitię uident quaſi preciū aliarū rerū: quarū dignitas æſtimatur: ac iccirco cūcta uidētur emi poſſe diuitiis: qa igitur diuites habēt precīū rerū. i. diuicias: arbitrant ſe hr̄e cūcta. Secūdo diuites delicati ſunt: ſibiq plurimū arrogātes potiſſimū antiqui: delicati quidē ꝑpter delicias: in quibus ſunt educati: & ꝑpter fœlicitatis oſtētationem arrogātē uero: quoniā oēs in eo uerſari ſoliti ſunt: quod ipſi amāt ac admirant. & qm quę ipſi: cęteros quoq putent ęmulari: nec iiuria ſic affecti ſūt cū multi ſint: qui habentiū auxilio egeant: & ita cū multi ipſis egeāt: arrogātes ſunt: uñ a ſymōide quoq de diuitibus & ſapientibus ad hieronis uxorem dictū eſt: cū interrogaſſet: utrū melius eſſet diuitē eſſe an ſapiētē: rñdit diuitē: ſapiētes. n. inqt in diuitū ianuis uideo. Tertio diuites dignos ſe arbitrant principatu: ea. n. hñt: quorū gratia dignum putāt ſe cæteris dominari. Ex hiis ſequit: q in ſumma diuitiarū mores amētis ſimul atq fęlicis mores ſunt. fœlicis qdē propter diuitias. Amētis uero: quoniā carent prudētia: quæ eſt morū correctrix. eſt tamē animaduertendū (ut Ariſto. inquit) quoniā intereſt inter locupletorū nuper mores: & iā diu diuitū magis enim mala omnia inſunt nuper locupletatis perioraq in ipſis ea differentia quæ dicta ſunt: eē

uidentur.& ẽ cã:quoniã nuper ditatus ueluti nõ caſtigatas habet diuitias:cũ enim nouus ſit:neſcit illas refrenare:adeo nimis afficiũt atq; perturbãt eorũ aium. At olim ditatus.ſcit gubernare:atq; reprimere diuitiarũ mores:quoniã diu illas gubernauit unde ꝓuerbio dicitur a ruſtico locuplete deus nos auertat.habẽt tñ utriq; mores cões:qm̃ iiurias nõ ex malignitate:ſed alias ex cõtũmelia ueluti uirgis cædere:alias ex intemperantia ueluti adulterari faciunt:de arte uero:ut dictum eſt i aliis.& in hiis dicendum eſt:oportet enim ut orator his ſe accommodet:quæ eorum moribus conueniunt:ſic enim fidem moratam facient:ac ex his locis:quæ ſumũtur ab hiis:quæ moribus conueniunt eorum.& ſic affectam.poſt hæc de moribus potentum.

Enunciatum XXIII

¶ Potentes partim eoſdem habẽt: quos diuites:partim meliores.

¶ Mores potentum omnes pęne patent: partim enim eoſdem habent quos diuites:partim etiã meliores.ſunt enim potentes ſecũdum mores ambitioſi:quia diuites:uiriliores q̃ diuites: quia potentes. omnes enim eas operationes affectãt:quas ipſis ꝑ potentiam gerere licet.Tertio potentes ſunt diligentes magis:nam coacti quæ potentię ſunt conſiderare i cura ſunt:& ſic diligẽtiores . Quarto ſũt hõeſtiores & grauiores & moroſiores hõeſtiores quidẽ:qm̃ moderantur ſibi cũ ꝑꝑ honorẽ aliis uiuant

moratiores uero ac grauiores: quoniam honeſtas mollis compoſitaq; grauitas eſt. Quint o ſi poten tes aliis inferāt iniurias: non in paruis: ſed i magnis iniuriantur: hæc de moribus potentum. de morib⁹ fortunatorum dicamus

¶ Enunciatum XXIIII

¶ Secunda uero fortuna dictorū morū habet partes.

¶ Fortunati quodāmodo congregant mores omnes dictarum partium: fortuna enim continet omnia illa: & plura alia. ad fortunam enim tendunt: q̄ ſecūda fortuna uident̄ contingere: ad fortunā ēt tendunt proborum liberorum procreatio corporis quoq; bona: & cætera: id genus: ergo fortunati ſuperbi ſunt magis: & minus rōnales: ſuperbi qdem quia nobiles & diuites. minus uero rōnales. qa ubi multum de ſecunda fortuna eſt: ibi de ratione minus eſt. uerum unus mos melior hanc ſecundam fortunam ſequitur: quoniā ſunt fortunati erga deū pii afficiunturq; quodam modo ad ip um deū credentes bona: quæ ſibi a fortuna præbentur: ab ipſe deo præberi: eſt enim deus ſupra fortunā: ideo quæ fortuna dat: a prouidentia proficiſcitur. Qui uero ſint pauperis: ignobilis: infortunati & impotentis mores. ex contrariis: manifeſti ſunt: ars uero perſuadendi potentibus ac fortunatis: ueluti i aliis in aperto eſt. Orator enim ut moratam quodāmodo fidem his faciat: accommodari ſe eorum moribus debet: omnes. n. orationem ac perſuaſionem

probant:cum moribus ac habitibus ſuis accommodantur.ut uero affectã aliquo pacto perſuaſionẽ reddat:argumenta exempla ſententias:&cætera id genus hiis e locis accipere debet:quæ moribus ac habitibus horũ cõcordauerit:& hoc pacto affectã perſuaſionẽ reddet.hæc pauca de perſuaſiõe accõmodata ſint dicta:quoniam diligentius primo lib. dictum eſt:ubi de decoro elocutionis diximus.ibi eñ hęc oĩa uberius ſunt explorata. Sed qm̃ pauci ſunt:q̃ memorie mãdare poſſint artẽ hanc uniuerſam.quam Ariſto.tradidit:ideo pro fructu totius operis & præcario frãciſci palmerii romani auditoris ſectatoriſq; nr̃i nõ minus oratoria q̃ pħie dogmate clariſſimi uel ad legẽtiũ cõmodũ addendũ eẽ arbitratus ſum caput:& finẽ in quo eas oẽs intẽtiones ſummatim narrabo quas orator habere debet.cũ orationẽ conficere cõſtituit:nã omnibus his intentionibus conſideratis.non temere:non caſu:uel imitatione orator dicet:queadmodũ q hodie dicũt faciunt:qui nulla eorum quæ dicũt:intentione habita.Sic dicunt ueluti.qui ſine arte conſtant.

¶Enunciatum XXV.

¶Sit igiť pría inuentionis ró: ut cõſideret ad quem ipſe dicturus ſit.Secunda uero ut rem ſpectet:de qua dicturus eſt.Tertia ut conſideret:quid:uel quæ d̃ re illa dicturus ſit: & in quo genere dicendi : illa

dicturus ſit. iiii. ut conſideret perſuaſionē
ex qua uult dicere ultimū eſt ut proſpiciat
orationis ſtructurā: ut eam ex arce ſtruat.

¶ Prima igit̄ iuētōis rō patet: ex eo: q̄ cū orator
cōſtituit dicere: primū ꝙ ipſi in mētē uenit: ē pſpice
re pſonā: ad quā ē dicturus: ut an ad publicā pſonā
ut in ſenatu ad ſenatorē: an ad iudicē in foro: an ad
ſpectatorē in theatro: nec refert an publica hæc pſ
ſona una uel plures ſint: ſilr ſi pſona: ad quā dicit:
priuata ſit: an una uel plures ſint nō refert. ſic igit̄
primū: ꝙ occurrit: ē pſona: ad quam orator dicit. ſ.
an publica: an priuata ſit: cōcionatores. n. q hodie
prædicatores dicunt̄: licet ad plures dicāt: quia tn̄
nec ſpectatores: nec ſenatores: nec iudices audito
res illi ſunt: ad priuatos dicere uident̄. oēs. n. uni⁹
priuatæ pſonæ rōnē ſubeūt. hæc de pria Inuentiōis
rōne. ii. uero ē: ut rē ſpectet: de qua orōnem dictu
rus eſt: ut an de deo an de hoie: an de re inani: ut de
phia uel rhetorica: uel de lapidibus: uel de uerbis:
& cæteris id genus: ſiue ipſe res aiatæ: ſiue inaiatæ
ſint: hæc d̄ ſcda. tertia uero eſt: ut ſpectet: quæ ſint
illa quæ de re ipſa eſt dicturus: hoc enim nonnulli
materiam: alii finem: alii concluſionem: nonnul
li queſtionem: alii propoſitionem uel propoſitum:
alii ſtatum cauſæ eſſe dicunt. & quidem non ab ra
tione: dicitur enim finis: quoniam: ut finis mouet
agens: ſic hæc quæ de re illa dicturus eſt: mouent

oratorem: & eius intentionem ad dicendum. Ma-
teria quoque: quoniam ad orationem: ut materia
ſe habent ea: de quibus orator dicturus eſt. Am-
plius concluſio. quoniam in fine totius orationis:
ut concluſio id: relinquitur. queſtio etiam: quoniã
concluſio antequam concludatur. Queſtio eſt pro
poſitum uel propoſitio: id eſt: quod orator propo
nit dicere: dicitur deniq; ſtatus cauſæ: quoniam pſi
ctus eſt: in quo uniuerſa oratio conſiſtit. Quid ue
ro ſit illud: de quo orator dicturus ſit non facile in
telligi poteſt: niſi id in genere reponat: hoc autem
difficile non eſt: ſi orator ad perſonam publicam
dicere propoſuerit: ad publicam enim perſonam
orator non niſi tribus modis dicere potuit: quo-
niam ſi dicit in ſenatu ad ſenatorem: de his rebus
quæ futurum proſpiciunt: non niſi in deliberatio
nibus dicendum erit. Si in foro dicit ad iudicem de
his rebus quæ præteritum reſpiciunt: in iudicia
libus. Si autem in Theatro ad ſpectatores. De
rebus quæ per ſe præſens tempus proſpiciunt: in
demonſtrationibus dicit: ad publicas enim perſo-
nas nullo alio dicendi genere dicere poteſt. Sed ſi
ad priuatam dicit hoc opus: hic labor eſt: & qui-
dem non paruus. Ad priuatos enim de infinitis
oratorem dicere contingit: interdum enim: qui
ad priuatos dicet: ad docendum dicit. Credit:
autem ſe ad perſuadendum dicere. Aliquando
contra ad perſuadendum dicit: arbitratur: au-
tem ad docendum dicere, interdum ignorat ad
quid dicat: an ad docendum an ad perſuaden-

dum. Quare eum: qui dicere conſtituit ad priua//
tos aliquid de re aliqua: oportet ad genera dicendi
id reducere: nam qui ad priuatam perſonam dicit:
uel ad docendum: uel ad perſuadendum dicit. Ad
docendum: præceptor: qui profitetur: dicit: de cu//
ius arte: dicemus poſtmodum. Ad perſuadendum
uero orator eſt. omnis enim qui ad priuatam per/
ſonam dicit: altero horum modorum dicat: neceſſe
eſt: quoniam eius qui ad priuatam uel priuatos di/
cit: finis eſt: aut ut eos doceat: aut eis perſuadeat.
Quare ſi finis eſt: ut perſuadeat: aut ad priuatos il/
los dicit ad tempus præſens proſpiciens demõſtrã/
do de re: quæcunq; illa ſit: ſiue Deus: ſiue homo: ſi
ue animal ſiue animata: ſiue inanimata geſta: & ni/
hil aliud: ſed ſolum laudando uel uituperando: lau/
dataq; amplificando uel extenuando: & tunc ora/
tor: qui hæc dicit: demõſtrator erit: & oratio in ge/
nere demonſtratiuo reponetur: & qui audiunt: ut
ſpectatores ſe habent. cauſa autem: quoniam qui
demonſtrat: non niſi manifeſtare laudes uel uitupe
rationes rei: de quibus dicit: intendit: & illas demõ/
ſtratas amplificare uel extenuare. hoc enim finis
eſt: a fine oratio: & orator in genere reponẽdi ſũt:
Aut dicit ad priuatos perſuadendo: ut deliberent
ad faciendum aliquid in futurum circa ea: quæ uel
ad ipſos attinet: uel ad oratorem: uel ad amicos eo/
rum: quia utilia & bona ſunt: uel mala: & ſic ora//
tor ſuadendo uel diſſuadendo: ut conſultor erit: au
dito r uero: (licet ſenator non ſit) ut ſenator ſe ha
bebit: nam eius eſt deliberare: oratio quoq; in ge/

nere deliberatiuo ponetur. hoc pacto librorum ac operum dedicationes quæ in librorum principiis præmittuntur: in genere deliberatiuo reponendæ ſunt: quoniam plærumq; qui libros dedicant ei libros inſcribunt: perſuadere intendunt: ut grato animo opus accipiant. Quod cum reſpiciat futurũ ideo perſuadent ad deliberãdum: utrum uero operum dedicationes in aliis generibus reponi poſſint non curo diſputare: hæc enim non: ut ſemper ita ſint: diximus: ſed ut ſentiãt: quod diſcunt. Aut orator dicit ad priuatos: ut iudicent præterita an iuſta an iniuſta ſint: cum ad præteritum reſpiciat: ſi nihil aliud habere a priuatis illis quærit: niſi ut iudicent an iuſta: uel iniuſta ſint: orator ut accuſans uel defendens: auditor uero: ut iudex ſe habebunt: & oratio in genere iudiciali conſtituenda eſt. Hæc de tertia inuentionis ratione. quarta uero eſt: ut perſuaſionem: contempletur orator: per quam dicere intendit. quod fieri poteſt ad rem: uel præter rem reſpiciendo. Ad rem quidem cum ex locis generi ꝓpriis dicit: nam ſi in deliberationibus ſuadet: uel diſſuadet. Siue deliberationes ſint publicæ: ſiue priuatæ: per ſe quidem & a ſimpliciter bono & a bono utili: perſuadere eum oportet. per accidens uero: ab honeſto: uel iuſto: quatenus honeſtum & iuſtum non unquam bona utilia ſunt. Si autem i demonſtrationibus publicis uel priuatis laudat uel uituperat: per ſe quidem ab honeſto uel turpi: per accidens a iuſto uel utili perſuadebit: quatenus iuſtũ & utile: honeſti rationem non unquam ſubeunt.

ſ autem accuſat uel defendit in iudiciis ſiue publi
ſiue priuatis: per ſe quidem a iuſto uel iniuſto
rgumentatur: per accidens ab honeſto: & utili: ut
uſti rationem ſubeunt. Si autem præter rem per
ſuadet: aut perſuaſione morata: aut affecta: aut ac
commodata cum perſuadere oportet: quemadmo
dum hoc libro dictum eſt. hæc de quarta ratione
V. uero & ultima eſt: ut poſt hæc orator conſideret
orationis ſtructuram. Quam eo ordine proſequi
debet quo primo libro ſatis explicatum ē. ſi igitur
qui dicit: ad perſuadendum dicit: has rationes eum
habere oportet. Sed quoniam: qui dicit: aliquādo
ad docendum dicit: ueluti qui legit: ac in ſcholis pf
fitetur: uel qui ſcribit: licet hic non orator ſit: ex ar
te tamen ut dicat: neceſſe eſt: non enim ex logica:
uel metaphyſica: ſemper dicit: ergo ex rhetorica eū
aliquādo dicere oportet. poſt hæc partes oratiōis
eius: qui ad docendum dicit: addamus: non recedē
tes ab Ariſtotelis uſu.

Enunciatum XXVI.

Orationis uero eius qui ad docendum dicit: duæ tantum partes eſſentiales ſunt: propoſitio: & fides. cætera autem: aut ad aduerſarios: aut ad eos: qui diſcunt: eſſe uidentur.

Oratiōis igiť doctrinalis: ac phicæ duæ tm̄ eēn
tiales ptes ſunt: ꝓpoſitio. ſ. & fides: nā neceſſariū ē

prio rē exponere de q̄ deide rē expoſitā demōſtra re: iccirco nō dmōſtrare: cū expoſueris demōſtrari anq̄ expoſueris impoſſe eſt. nā et qui demōſtrat: ali quid demonſtrat: & qui exponit demonſtrādi gra tia exponit: quare quod expōitur: propoſitio erit: eius demonſtratio: erit fides. ſi autē reſpicimus ad eos: q diſcunt: cum nō nunq̄ res: de qua dicit ad do cendū: magna eſt ut finis ipſis oſtēdatur: cuius gra tia orō hr̄: loco exordii: breuiter intētio prio loco inſinuāda ē: Quod ſi res pateat de qua dicturus ē & parua ſit exordio non utēdū eſt. iterū ſi aduerſa rios: quę prę ceſſerūt: reſpicim⁹: Si illi cōtraria ſen ſerint: inſinuata intentione: poſitiones: & poſitio nū argumēta: ponēda: & diſſoluēda ſunt: & refutā da: anteq̄ ponam⁹ noſtrā: ne nobis impedimento ſint: & hęc oia exordii ſūt. At ſi nec aduerſarii ſūt. nec res ē abſtruſa: nec magna: ꝓpoſitiōe ſtatī narranda ē: cū nulla ſit exordii neceſſitas. qm̄ neq; ad eos qui diſcūt: neq; ad aduerſarios: hęc d exordio. De narratione uero dicamus: ſi ad rē ſolam inſpici mus: ꝓpoſitio ipſa expoſita: ac narrata: narratio ē. at ſi reſpicimus ad eos qui diſcūt uel ad rerum diffi cultates: anteq̄ ꝓpoſitio exponat̄. uel probet̄: po ſtulata ſunt: & ſuppōnes ꝓmittēde: ob quas & ꝓpo ſitio: & fides facile habeant̄. fides aūt ac ꝓpoſitio ſtatim ꝓpoſitiōe expoſita: ponēda eſt. & quidē tot ꝓbatiōes: ſeorſum: quot ꝓpoſitiōes ſeorſum ponū tur: nō. n. in narratiōe oēs ꝓpoſitiōes ponēde ſūt. & poſtea ꝓbatiōes. q. n. ſic facit obſcure tradit. So let aūt Ariſt. factis narratiōe & fide: mouere q̄ōes

quod facit reſpiciendo ad aduerſarios futuros: qui poſſent ſurgere. Amplius hoc facit reſpiciendo ad eos: qui diſcunt: ut melius rem diſcant. Adhuc ſolet Ariſtoteles factis narratione: & fide: collationem eorum: quæ dixit ad ea: quæ aduerſarii dixerunt: facere: ut melius pateat eorum error. Præterea ſolet non unquam replicare argumenta: quæ contra aduerſarios induxit: nam narratione & fide factis dilucidius patent. Amplius ſolet interponere affectas: & moratas perſuaſiones: ut patet. his: qui eius libros legerunt. ſæpe enim aduerſarios clam uituperat: & ſeipſam clam laudat: præponit etiam non unquam opinionem unius opinioni alterius: quoniam contra illam faciliorem habet aggreſſum: omnia hæc ex arte facit. De epilogo autem: non eſt difficultas: ut plurimum enim recapitulat omnia quę dixerat: & quidem breuiter. quādo ergo quis uult dicere ad docendum ex arte rhetorice hoc pacto dicere debet: cum Ariſtoteles hunc modum ſeruauit in omni pticulari materia: de qua in quo uis loco dixit. Quis uero ordo obſeruandus ſit: in toto libro: hoc Dialectici eſt: non oratoris: diſſerere. Animauerte tamen non paruam eſſe differentiam inter Philoſophicam: & Dialecticam orationem: de philoſophica oratione hęc quæ diximus: uera ſūt. Dialectica uero oratio: quam noſtri imperiti queſtionem appellant: multas habet partes: prima eſt problema: quod eſt illud: quod quæritur: ut utrum animus ſit immortalis. Secunda pars ſunt argumēta: quæ probabiliter pro utraq; parte induci de-

bent:alia quidem per quæ quod ſit mortalis. Alia per quæ quod ſit immortalis probetur. Tertia uero pars eſt narratio probabilioris partis in qua determinetur:quod animus ſit immortalis.uerum ſi adſunt opiniones aliorum:hæ cum ſuis argumentis narrari debent ante determinationem & argumenta diſſolui:ne nobis impedimēto ſint: per narrationē probabilioris partis.ultima pars erit diſſolutio eorum argumentorum quæ ſunt contra probabiliorem partem.& hæc tota dicitur oratio dialectica:quam in topicis docet Ariſtoteles:per quę patet Ariſtotelem in libris ſuis. Aliquando ex arte dialectice loqui:quod facile cognoſcitur: nam quādo dialectice loquitur præmittit propoſitionē ſub forma problematis:ueluti. octauo libro phyſicorum fecit: querēs utrum motus ſit aliquando factus:quando uero ex arte rhetorice:'inſinuat propoſitionem:rurſus eſt ſophiſtica oratio:cuius pma pars eſt propoſitio:quam ſophiſtæ ſophiſma appellant:eo quia quæritur:modo quo problema q̄rebatur:ut illud: utrum omnis homo ſit omnis homo. Hæc eſt propoſitio:ſophiſticum quæſitum:& ſophiſma.ſecunda pars ſunt paralogiſmi hoc ē apparentes Syllogiſmi:ſiue cauilli:pro utraq; parte ſophiſtice facti. Tertia uero pars eſt determinatio eius partis:quæ uidetur apparentior.uerum ſi adſunt opiniones illæ præponuntur antequam apparentioris partis determinatio fiat:& omnia diſſoluuntur:ne nobis impedimento ſint. ultima pars: eſt refutatio cauillorum.& uniuerſa hæc oratio di-

citur ſophiſtica. præterea eſt oratio dialematica: cu
ius prima pars eſt caſus. Siue obligatio: quā nōnul
li Theſim appellāt. ut i oratiōe dilematica euathli
ubi obligatio fuit: qui diſcipulus nō teneretur ei ſol
uere mercedem: niſi prima cauſa obtenta: hęc eni
erat obligatio. & prima pars: quæ a iurecōſultis dr̄
caſus. Secūda pars ē dilema: hoc eſt queſitū: quod
queritur caſu illo poſito: utrū ualet obtinueris i cā
de ſoluēdo: uel nō obtinueris: ut quæſiuit protago
ras. dicitur aūt dilema a dis: & lābano: quaſi utrūq
capiens: quod noſtri inepte inſolubile appellāt me
lius inextricabile dici pōt. Tertia pars ſunt antiſtre
phonta: quæ ſunt pro utraq parte cōuerſiua ar
gumenta. Quarta pars ē determinatio partis appa
rentioris. Vltima eſt dilutio antiſtrephōtum. uerū
de his in dialecticis ludicris. Patet ergo multiplex
oratio. & de rhetoricis ludicris hactenus. Cōpletū
eſt hoc opus Piſis. Mccccccxxi. die. xxyiii. ianuarii.

FINIS

¶ Venetiis a Philippo pincio Mantuano. impreſ
ſum. Anno Domini. M.CCCCCXXI.
Die xxiii. Octobris.

Regiſtrum.

abcdefghiklmnopqrstuxy.
Omnes ſunt quaterni.